

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sententiarum libri quattuor

Petrus <Paris, Bischof>

[Basel], 29. Nov. 1489

Incipit liber tercius de incarnatione verbi

[urn:nbn:de:bsz:31-304163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-304163)

Tertio rō. Quod ideo factū est vt qui erat in diuinitate dei filius: in humanitate fieret hoīs filius. Nō pater vel spūsanct⁹ carnē induit ne alius in diuinitate esset filius. alius in humanitate. Et ne idem esset pater et filius si deus pater de homine nasceret. Cū in ecclesiasticis dogmatibus. Nō pater carnez assumpsit. neq; spūsanctus. sed filius tm̄. vt qui erat in diuinitate dei filius. ipse fieret in homine hominis filius: ne filij nomen ad alterū transiret qui nō esset eterna natiuitate filius Dei ergo filius hominis factus est fili⁹. natus fm̄ veritatez nature ex deo dei filius. et fm̄ veritatē nature ex homine hominis filius: vt vitas geniti. nō adoptione nō appellatōne. sed in ytraq; natiuitate filij nomē nascendo haberet. vt esset ver⁹ deus et verus hō vnus filius. Nō ergo duos christos. neq; duos filios. sed deū et hoīez vnū filiū. quē ppter ea ⁊ vnigenitū dicim⁹ manentē in duabus substantijs. sicut ei nature veritas contulit non confusis naturis neq; imixtis sicut thimotheani volunt. sed societate vnitis. Ecce habes qre filius non pater vel spūsanctus carnē assumpsit.

Aug⁹. in ecclesiasticis dogmatibus.

Utrū spūsanct⁹ vlpater potuerit incarnari vel possit.

Si vero queritur vtrū pater vel spūsanctus incarnari poterit. vel etiam modo possit. sane rñderi possit. et potuisse olim ⁊ posse nunc carnem sumere et hoīez fieri tam patrē q̄ spūsanct⁹. Sicut enī fili⁹ homo factus ē. ita pater vel spūsanctus potuit et potest.

An filius qui tantum carnem accepit aliquid fecerit quod non pater vel spūsanctus.

S; forte aliqui dicent. cū indiuisa sint opera trinitatis si fili⁹ carnē assumpsit. tunc pater et spūsanctus q; si fili⁹ carnem assumpsit. nec hoc fecit pater vel spūsanctus. non omne quod facit filius facit et pater et spūsanctus. Et omnia simul pater et filius amboz spūs pariter ⁊ p̄corditer operant. Ad quod dicim⁹ quia nihil opatur filius sine patre et spūsancto. sed vna est hoīez trium opatio indiuisa ⁊ in dissimilis. et tamen filius nō pater vel spūsanctus carnē assumpsit. Ipsam tamē carnez assumptionem trinitas operata est. sic Aug⁹. dicit in lib. de fide ad petrū. Recō-

Responso.

culiati sumus p̄ solum filium fm̄ carnē. sed August. non solum filio fm̄ veritatem. Trinitas enim nos sibi reconciliauit. per hoc q; solum verbum carnez ipsa trinitas fecit. Trinitas ergo carnez assumptionem fecit: sed verbo. non patri vlp̄ spirituisancto. Si enim pater sibi. et filius sibi. vel pater filio. et filius patri carnez assumptionē operatus esset. iam non eadem esset operatio vtriusq; sed diuisa. Sed sicut inseparabilis et indiuisa est vnitas substantie trium. vt ait Augustin⁹ in libro de trinitate. ita ⁊ operatio. nō tamē eandem trinitatem natā de virgine. crucifixam et sepultam catholici tractatores docuerunt. sed tm̄ modo filium. nec eandē trinitatem in specie columbe descendisse sup̄ Iesum. sed tantum spirituisanctum. nec eandem dixisse de celo. tu es filius meus. s; tantū patris vocem fuisse ad filium factam. Quis pater et filius et spūsanctus sicut inseparabiles sunt: ita et inseparabiliter operentur. Hec et mea fides ē. quoniā quidez hec est catholica fides. Licet ergo solus fili⁹ carnē assumpserit. ipam tamē incarnationē cū patre et spūsancto operatus est.

Hic incipit tertio liber sententiarū

In quo magister postq; egit de deo fm̄ se seu fm̄ rōnē sue naturalis p̄fectionis. s. in primo. et fm̄ q; eius potentia reuertit in effectu mundane creationis. puta in secundo libro. Agit consequenter de eo in quantum eius sapientia respicet in effectu mundane refectionis. Et diuidit iste tertius liber in tres tractatus principales. In primo agit de verbi eterni in carnatione. et ille extenditur a principio libri vsq; ad decimam quintā distinctionē. In secundo tractat de eiusdem verbi incarnationi passione. et protēditur a decima quinta distinctione vsq; ad viceimatertiam distinctionem. In tertio determinat de donoz et virtutum perfectione. et hoc a viceimatertia distinctione vsq; ad finem libri. In prima in quā distinctione p̄mi tractatus tria facit. Primo enim ostendit quid sit incarnatio. Secundo qualiter specialiter filium incarnari deuit: de dicit. Tertio an pater et spirituisanctus incarnari potuerunt: inquit. Primum facit a principio distinctionis vsq; ibi. Diligenter vero. Secundum vero subiungit ab inde vsq; ibi. Si vero queritur. Tertium autem subiungit vsq; ad finem distinctionis. In speciali enim magistri sententia stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Filialis dei filij missio est ipsa verbi incarnatio. Hanc est propositionem magister probat autoritate apostoli dicentis. q; in tempore plenitudinis. scilicet in tempore gratie quod initium habuit ab aduētū saluatoris nostri. pater misit filium suum. antiquis patribus promissum in lege. cuius quidem filij visibilis in carnem missio dicitur esse ipsa incarnatio. Secunda propositio est hec. Licet etiam a qualibet persona diuina potuit humana natura assumi. nulla tamen personarum ita congrue humanari potuit sicut persona verbi. id est filij. Hanc quidem propositionem magister probat triplici ratione. Quarum quidem rationum prima sumitur ex appropriato filij scilicet sapientia. Nam consonum fuit. vt deus qui in sapientia ois-

nia condidit. per sapientiaz etiam omnia restauraret et hoc confirmat parabola euangelica de muliere que rante et inueniente trigram per dicitur Luce. xv. Secunda ratio sumitur ab origine ipsius filij. Nam origo filij est esse ab alio. congruum igitur fuit vt primo mitteretur ille qd est a solo patre. et deinde spiritus sanctus qui est a patre et filio. Et hanc rationem confirmat auctoritate beati Augustini. lib. 2o de ciuita. ca. 1. Tertia ratio ad idem colligitur ex proprio filij. Nam proprium filij est esse filium. cum ergo congruum fuit vt qui in deitate erat dei filius. in humanitate fieret hominis filius. ne duos filios estimaremus de cuius personam filij precipue incarnari. Hanc rationem confirmat auctoritate Augustini i ecclesiasticis dogmatibus ca. 17. Tertia propositio est hec. Quamuis pater et spiritus sanctus incarnari possent si vellet aut voluissent ad solam tamen filium carnis assumptio terminata est. Hanc probat per hoc qd vna et eadem diuinarum personarum potentia. si igitur ex illa potentia vna potuit incarnari. et omnes potuerunt incarnari. Postea magister obijcit contra superius dicta scz qd solus filius sit incarnatus. Et arguit sic. Opera trinitatis ad extra sunt indiuisa. si igitur filius assumpsit naturam humanam. et pater et spiritus sanctus assumpserunt. Alloquin aliquid faceret vna persona quod non faceret alia. et sic opera trinitatis ad extra essent diuisa. Ad quam objectionem magister dicit. qd quia tota trinitas incarnationem christi sit operata. eo qd opera trinitatis ad extra sint indiuisa. sola tamen persona filij est incarnata. eo qd assumptio nature humane ad ipsum terminatur. quod exemplificat de tribus puellis vni de ipsis tunicam induentibus. que omnes operantur ad inductionem. et tamen vna sola est induta Et tñ in speciali.

Quare totam humanam naturam accepit. et quid nomine humanitatis vel humane nature intelligendum sit.

Quia in ho

mine tota humana natura vitio corrupta erat. tota assumpsit. id est animam et carnes. vt

totam curaret et sanctificaret. Quae autem humane nature siue humanitatis vocabulo: anima et caro intelligi debeant. aperte docet Hieronymus in expositione catholice fidei dicens. Sic confitemur in christo vnā filij esse personam. vt dicamus duas perfectas et integras esse substantias. id est deitatis et humanitatis que ex anima continentur et corpore. Ecce aperte ostendit humanitatis nomine animam et corpus intelligi. que duo assumpsisse dei filius intelligitur vbi hominē siue humanitatem vel humanam naturam accepisse legit. Errant ergo qui nomine humanitatis non substantiam sed proprietatem quandam a qua homo nominatur significari contendunt vbi quicquid humanitatis christi memoratur. Aut enim Johannes

Hierony.

Errorē quorundam tan- git qui humanitatem male accipiunt.

damascenus. Sciendum quidem est qd deitatis et humanitatis nomen substantiarum scilicet naturam est representantiuz. Natura enim non sic accipitur in christo. vt cum dicitur vna natura esse omnium hominum. quod euidenter idem Johannes ostendit differentem rationem dicti assignans. cum natura humana in christo nominatur. et cum vna dicitur natura omnium hominum. Aut enim cum vnā hominum naturam dicimus sciendum est qd non considerantes ad anime et corporis rationem hoc dicimus. Impossibile enim est vni nature dicere domini corpus et animam ad inuicem compata. Sed quod plurime persone hominum sunt. omnes autem eandem suscipiunt rationem nature omnes enim ex anima et corpore compositi sunt et omnes naturas anime participat. et substantiam corporis possident. communem speciem plurimarum et differentium personarum vnā naturam dicimus vniuscuiusque scz persone duas naturas habentis. et in duabus perfecte naturis anime scz et corporis existētis. In domino autem iesu christo non est comunem speciem accipere. neque enim factus est nec est. nec aliquando fiet alius. Sed christus ex deitate et humanitate est. in deitateque et humanitate deus factus est idem et homo perfectus. Totam ergo hominis naturam. id est animam et carnem et horum proprietates siue accidentia assumpsit deus non carnem sine anima nec animam sine ratione: vt heretici voluerunt: sed et carnem et animam cum sensibus suis. Unde Johannes damascenus ait. Omnia que in natura nostra plantauit deus. verbum assumpsit scz corpus et animam intellectualem et horum idiomata. Totus enim totum assumpsit me. vt toti mihi salutem gratificet. Quod enim in assumptibile est: incurabile est.

Jo. dam.

Jo. dam.

De vnione verbi et carnis median- te anima.

Assumpsit ergo dei fi-

lius carnem et animam. sed carnes median- te anima. vnitum est carni per medium intellectum verbum dei. Tante enim subtilitatis atq; simplicitatis est diuina essentia. vt corpori de limo terre formato vniri non congruerit. nisi mediante rationali essentia Illa autem vnio in explicabilis est adeo vt etiam Johannes ab vtero sanctificatus: senon esse dignum fateatur soluere corrigiam calciamenti Iesu. quia illius vnionis modum inuestigare: alijscz explicare

non erat sufficiens. Non sunt ergo audien-
di. qui non verum hominē filium dei susce-
pisse dicunt. neq; natum de femina. sed fal-
sam carnem et imaginem corporis simula-
tam ostendisse videntibus. In quem erro-
rem prumpunt. q; timent qd fieri non pos-
sit scilicet ne humana carne veritas et sub-
stantia dei inquinetur. et tamen predicant
istum visibilem solem radios suos per om-
nes feces spargere. et eos mundos et sine-
ros seruare. Sic ergo visibilia munda visi-
bilibus imundus pringi pnt et nō coinqna-
ri quātomagis incommutabilis et inuisibilis
veritas p spm aiām. et p aiām corpus sus-
cipiens: totum hominē sine sui cōmutati-
one assumpsit. et ab omnibus infirmitatib;
liberauit. Ecce hic dicit dei sapientiaz per
spiritum assumpsisse animā. et p animā cor-
pus. Spiritus em̄ sanctus pars anime sa-
perior. et maiori similitudine dō ppinquat
q; anima. sc; ipsa eadem fm̄ inferiorē par-
tem. et anima magis q; corpus. et ideo non
incongrue anima d; assumpta per spiritum
et corpus per animā.

Q; verbum simul assumpsit carnē
et animam. neq; caro pri^o est cōce-
pta q; assumpta.

Si autem queritur

utrum verbum carnē simul et animā assump-
serit. an prius animā q; carnem. vel carnes
q; animam. et utrum caro illa prius fuerit
in vtero virginis cōcepta. et postea assump-
ta. Verissime et absq; vlla ambiguitate di-
citur quia ex quo deus hominē assumpsit:
totum assumpsit. simulq; sibi vniuit ani-
mam et carnem. nec caro prius fuit concep-
ta et postmodum assumpta. sed in concepti-
one assumpta. et in assumptioe concepta.
Unde Augustinus in libro de fide ad pē-
trum. Firmissime tene. et nullatenus dubi-
tes non carnem christi sine diuinitate con-
ceptam in vtero virginis priusquam susci-
peret a verbo. sed ipsum verbum deū sue
carnis acceptione conceptum. ipsamq; car-
nem verbi incarnatione conceptam. Idem
in libro de trinitate. Non esset dei hominū
q; mediator. nisi esset idem deus idem ho-
mo in vtroq; vnus et verus. quam serui-
lem formam a solo filio susceptam. tota tri-
nitas cuius vna est voluntas et operatio
fecit. Non autem in vtero virginis prius
caro suscepta est. et postmodum diuinitas
venit in carnem. sed mox vt verbum venit

Augusti.

in vterum. seruata veritate proprie nature
factum est caro et perfectus homo. et in ve-
ritate carnis et anime nat^o est. De hoc etiaz
Gregorius in moralibus ait. Angelo nūci-
ante et spiritu adueniente. mox verbum in
vte. romox intra vterum verbum caro. Grego.

Ista est distinctio secunda hui^o ter-
tij libri. In qua magister postq; egit de persona car-
nem assumente. tractat de modo assumendi. Et tria
facit. Primo em̄ ostendit q; verbum totam naturam
humanam assumpsit integre. Secundo q; ordinate
assumpsit carnē scilicet mediante anima. Tertio q; a
nimam et carnem simul assumpsit tempore. Primum
facit a principio distinctionis vsq; ibi. Assumpsit dei
filio. Secm vsq; ibi. Si autem queritur. Tertium vsq;
q; ad finē distinctionis In speciali sententia magistri
stat in tribus propositionibus quarum prima est hec
Filius dei cum sibi humanam naturam vniuit: totam
naturam scilicet corporis et anime simul assumpsit.
Hanc magister probans dicit sententialiter. q; quia
per peccatum primorum parentum tota natura hu-
mane corrupta fuit. ideo dei filius totam naturam as-
sumpsit que constat ex corpore et anima. vt totam na-
turam curaret et sanctificaret. In chusto enim vna p-
sona fuit et due substantie seu nature. scilicet diuina
et humana. Si igitur habuit et assumpsit humanam
substantiam: assumpsit tam corpus q; animam et per
consequens naturam totam et integram. cum nomi-
ne humanitatis corpus et anima simul intelligantur
Posteo excludit errorem quorundam dicentium. q;
filius dei carnem humanam vel humanitates non as-
sumpsit fm̄ substantiam ipsius nature. sed solum fm̄
quandam proprietatem. a qua proprietate hominis
denominationem accepit. et fuerunt isti forte de opi-
nionē illorum hereticorum qui christum fm̄ q; homo
dicebant non esse quid sed aliquantulum se habens. po-
nentes humanitatem esse in chusto vt habitum. Vel
de opinione. Platonis ponentis formas vel res in a-
ctu extra animam vt sic proprietate participata chi-
stus homo diceretur. Sed hunc errorem magister ex-
cludens dicit filium dei assumpsisse carnem et animā
et omnes pprietates ipsas sequentes. Et hoc confir-
mat auctoritate Iohannis damasceni. Secunda pro-
positio est hec. Quāuis vtrinq; scilicet carnem et ani-
mam assumpsit dei filius. tamen carnem assumpsit
mediante anima. Hanc magister ponens rationem hu-
ius addit dicens. q; decebat simplicissimam diuinita-
tis essentia corpori terreno nō vniri nisi mediante ra-
tionali essentia. que quidam vnio ab humano intel-
lectu inuestigari non potest. in qua vnione non corp^o
fantasticum. sed verum corpus natum de muliere cri-
stus assumpsit. quod tamen quidam hereticorum ne-
gabant. estimantes verbum dei veram carnem non
posse assumere sine sui iniquatione quorum erro-
ris vesaniam dicit elidi p radios solares: quos super im-
munda et feda diffundi videmus et tamen non inquit-
nari. Tertia ppositio est hec. In assumptione per-
fecte humanitatis inter conceptionem et animationē
et vnionem non fuit ordo temporalis posterioritatis
vel prioritatis. Hanc magister insinuās querit. Atq;
verbum simul assumpsit carnem et animam. vel pri-
us carnem q; animam aut econtra. Et respondendo
dicit q; simul et semel carnem et animā assumpsit me-
diante spiritus sancti operatione. nec vnum prius as-
sumpsit alto. Et pbat hoc auctoritatibus beatorum
sc; Aug^o. et Grego. Et tm̄ in speciali.

De carne quam verbuz assumpsit qualis ante fuerit. et qualis assumpta sit.

DI. III

Veritur etiã

de carne verbi. an priusq̃ conciperetur obligata fuerit peccato. an et talis assumpta fuerit a verbo?

Sane dici potest et credi oportet. iuxta sanctorum attestationis convenientiam: ipsam prius peccato fuisse obnoxiam sicut reliqua virginis caro. sed spiritus sancti operatione ita mundatam: vt ab omni peccati contagine immunis vniretur verbo.

Idens tantum nõ necessitate. sed voluntate assumentis remanente. Quam quocq̃ totam spiritus sanctus in eam preueniens a peccato prius purgavit. et a fomite peccati etiam liberavit. vel fomitem ipsum penitus euacuando: vt quibusdã placet: vt sic debilitãdo. et extenuãdo. vt ei pro modum peccandi occasio nullatenus extiterit.

Potentia quoq̃ generandi absq̃ vri semine virginis preparavit. Ita em̃ verba euangelij docent. vbi angelus virginẽ alloquens ait. Spiritus sanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi.

Et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Cui sacra virgo respondit. Ecce ancilla domini: fiat mihi s̃m verbum tuum. Quod exponens Iohannes ait. Post conceptum autem sancte virginis. spiritus sanctus preuenit in ipsam. s̃m verbuz domini quod dixit angelus purgans ipsam. et potentiam deitatis verbi receptiuam preparans simul et generatiuam.

Et tunc obumbravit ipsam dei altissimi per se sapientia et virtus existens. id est filius dei patris hominios. id est consubstantialis sicut diuinum semen. Et copulauit sibi ipsi ex sanctissimis et purissimis ipsius virginis sanguinibus. nostre antique cõsersionis carnem animataz anima rationali et intellectuã. non seminans sed per spiritum sanctum creans. quare simul caro. simul dei caro. simul caro animata. rationalisq̃ et intellectu simul dei verbi caro animata rationali et intellectiuo.

Ex his perspicuum fit quod ante diximus. carnem sc̃z verbi simul conceptam et assumptam. eandemq̃ immo totam virginem spiritu sancto preueniente ab omni labe peccati castificatã Cui collata est potentia nouo more generãdi. vi sine coitu vi

si. sine libidine concipientis in ytero virginis celebraretur conceptus dei et hominis. Illa enim caro quam deus de virgine sibi vnire dignatus est sine vitio concepta. sine peccato nata est. hanc tamen carnez non celestis. non aere. non alterius cuiusq̃ putet esse nature. sed eius cuius est omnium hominum caro.

Autozitate firmat extũc fuisse virginem immunẽ a peccato.

Quod autez sacra

virgo extunc ab omni peccato immunis extiterit: Augustinus euidenter ostendit in libro de natura et gratia inquitens. Excepta sancta virgine maria. de qua propter honorem domini. nullam prius cum de peccatis agitur haberi volo questionem. Inde enim scimus q̃ ei plus sit gratie collatũ ad vincendum ex omni parte peccatum q̃ concipere ac parere meruit. quam constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo virginie excepta: si omnes sancti et sancte congregari possent. et quereretur ab eis an peccata haberent. quid responderetur. nisi qd̃ Iohannes ait. Si dixerimus quia peccatum nõ habemus nos ipsos seducimus. Illa autem virgo singulari gratia preueniãta est atq̃ repleta. vt ipsum haberet ṽtris sui fructũ quem ex initio habuit vniuersitas dominũ vt illud quod nascebatur ex propagine primi hominis: tantummodo generis. non criminis originem duceret.

Quare non fuit christus decimatus in abraam sicut Leui. cum caro quam acceperit in eo fuit peccato obnoxia.

Cum autem illa ca-

ro cuius excellẽtia singularis verbis explicari non valet. anteq̃ esset verbo vnita obnoxia fuerit a peccato in maria et in alijs a quibus propagatione traducta est. non im merito videri potest in Abraam peccato sibi facuisse. cuius vniuersa caro peccato subiebat. Unde queri solet quare leui decimatus dicatur in abraam et non christus. cũ in lumbis abrae vterq̃ fuerit s̃m materialem rationem quando abraam decimatus est. et decimas dedit melchisedech. Tunc

Non soluz illa caro sed etiã sacra s̃go ab oĩ peccato. a spiritu s̃cto fuit m̃data.

Ioh. dam.

enim apostolus Leui decimatum dicit in abraam tanquam in materiali causa. Quia ea de cimatione sicut Abraam minor: Melchise dech ostenditur: cui personaliter decimas soluit. ita et leuiticus ordo qui in abraam secundum rationem seminales erat: et ex eo per concupiscentiam carnis descendit. Christus autem non est decimatus. quia licet ibi fuerit secundum carnem non tamen descendit secundum legem communem. scilicet per carnis libidinem. sicut etiam in adam omnes peccauerunt. sed non Christus. Unde Augustinus super Genesim. Sicut adam peccante qui in lumbis eius erant peccauerunt. sic Abraam dante decimas qui in lumbis eius erant decimati sunt. Sed hoc non sequitur in Christo: licet in lumbis Ade et abrae fuerit. quia non secundum concupiscentiam carnis inde descendit. Cum ergo leui et Christus secundum carnem essent in lumbis abrae qui decimatus est. ideo pariter decimati non sunt quia secundum aliquem modum non erat ibi Christus quo erat ibi leui. Secundum rationem quippe illam seminale ibi fuit leui. qua ratione per concubitum venturus erat in matrem. secundum quam rationem non erat ibi Christi caro quous secundum ipsam ibi fuerit Mariae caro. Ille ergo decimatus est in Abraam. qui sic fuit in lumbis abrae sicut ille fuit in lumbis patris sui. id est qui sic est natus de patre abraam. sicut ille de patre suo natus est scilicet per legem carnis et inuincibilem concupiscentiam.

Secundum aliquem modum ibi fuit leui quia non Christus.

Qua ratione caro Christi dicta est in scriptura non fuisse peccatrix sed similitudo. quo operis quare obligata peccato non fuit in Christo.

Quo circa primitiam nostre masse recte assumpsisse dicit Christus. quia non carnem peccati sed similitudinem carnis peccati accepit. Misit enim deus filium suum: ut ait apostolus: in similitudinem carnis peccati. Assumpsit enim uerbum carnem peccati similem in pena et non in culpa. et ideo non peccatrice. Cetera uero hominum omnis caro peccati est. Sola illius non est caro peccati. quia non est mater concupiscentia. sed gratia concepta. habet tamen similitudinem carnis peccati per passibilitatem et mortalitatem. quia esuriunt. sitiunt. et hominum. Licet ergo eadem caro sit que et nostra non tamen ita facta est in utero sicut nostra. Est enim sanctificata in utero. et nata sine peccato. et nec ipse in illa unquam peccauit. In pena ergo similis est nostre. non in qualitate pec-

Augustinus de uerbis apostoli.

cati. quia pollutione que ex concupiscentie motu concepta est omnino non habuit. nec ex carnali delectatione nata est. Venit ergo ad corpus immaculatum. quod preter libidinis concupiscentiam fuit conceptum. nec illud in se habuit vitium quod in alijs est causa peccati. nec in eo peccauit. Ideoque uere dicitur uerbi caro non fuisse in Christo obligata peccato.

Quidam uident aduersarij illi sententie qua dictum est carne Christi non prius conceptam quam assumptam.

Ille autem sine qua

supra diximus carnem Christi non ante fuisse conceptam quam assumptam: uideat obuiare quod Augustinus ait super Job. ubi legitur. Soluite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. xl. et vii. annis edificatum est hoc templum. et in tribus diebus excitabit illud. Idcirco inquit numerus perfectioni dominici corporis uenit. quia ut dicunt philosophi tot diebus forma humani corporis perficitur. horum occasione uerborum quidam dicere presumpserunt dominici corporis formam tot diebus ad modum aliorum corporum perfectam. et membrorum lineamentis distinctam. et motum uerbum dicitur sibi unisse carnes et animas. et hoc modo dicunt illum numerum perfectioni dominici corporis uenire. Sed alia ratio illi dicti extitit ex qua sana oritur intelligentia uerbi. Non enim ideo illud dixit Augustinus. qui motum ut caro illa opere spiritus sancti sanctificata. et a reliqua sepata fuit uerbo dei cum anima uniret. ut perfectus et uerus deus esset perfectus et uerus homo. Sed quia membrorum illius dominici corporis distinctio in ipso momento conceptionis et unionis dei et hominis adeo tenuis erat et parua: ut humano uisui uix posset subijci. diebus autem quibus Augustinus memorat perfecta est et nobilis facta. Incarnatum est ergo uerbum: ut ait Job. Damas. et a propria in corporalitate non recessit. et totum incarnatum est. et totum est in circumscriptionum. Adinorant corporaliter et contrahitur. et diuine est in circumscriptionum. non coextensa carne eius cum incircumscriptionum diuinitate. In omnibus igitur qui super omnia erat. et in utero sancte genitricis existebat. sed in ipso actu incarnationis.

Ista est distinctio tertia huius sententie libri. In qua quidem distinctione postquam magister egit de persona carnem assumente et modo assumendi: agit hic consequenter de qualitate nature assum-

Hierony.

Tres causas ponit.

Augustinus.

Job. Damas. quo in uerbo quod erat uerbum.

pte. Et tria facit. Nam primo inquit qualis fuit christi caro in agente primo. scilicet virgine beata. Secundo qualis fuit in antiquis patribus: puta an fuit in Abraam decimata. Tertio qualiter fuit in virginali utero formata. Primum vsq; ibi. Cum autem illa caro. Secundum vsq; ibi. Illi autem sententie. Tertium vsq; ad finem distinctionis. Et tantum in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Caro christi anteq; esset de virgine separata materialiter sicut reliqua caro Marie fuit peccato obligata. Istam magister ponens pponit duas questiones. quarum prima est. Utrum caro christi fuerat peccato obligata ante sui conceptionem videlicet anteq; a carne virginis separabatur. Secunda questio est. Utrum adhuc caro christi fuerat peccato obligata: quando a verbo assumebatur. Ad primum respondet fm communem sanctorum doctorum attestationem. q; caro ante sui conceptionem fuerit peccato obligata sicut reliqua beatissime virginis caro. Ad secundam questionem respondet dicens. q; caro illa ad hoc q; viretur verbo spiritus sancti operatione immunis reddebatur ab omni peccato. remanente tamen in ea possibilitate patiendi. et hoc non ex aliqua necessitate: sed ex libera voluntate ipsam assumptis. Et q; spiritus sanctus pueniens virginem in conceptione: ipsam ab omni la-be purgavit. extingendo in ipsa fomitem peccati. ita q; extunc non possit ei existere occasio vel inclinatio ad malum. Ipsiq; virgini nouam generandi potentiam absq; virili semine et absq; vitio tam concipientis q; etiam nati contulit. Qui natus ex propagatione primi hominis originem tantum generis et non criminatibus doctorum scilicet Augustini. et Damasceni. que patent in textu. Secunda propositio est hec. Quamuis christus de semine abrae fm copulentiam substantiam sit natus: non tamen est in eo vt Leui de matus: cum ab ipso non sit fm culpam propagatus. Hanc magister probans querit. Quare christus no dicitur decimatus in lombis abrae vt Leui: cum tamen uterq; eorum fuit in abraam quando ipse Melchisedech decimas dedit. Ad quod respondens dicit. q; licet vterq; ipsorum fuerit in abraam et ab eo descenderit. tamen Leui in eo fuit fm rationem seminalem: et descendit ab eo fm legem communem aliorum hominum. Unde dici potest q; licet christus in abraam fuerit quando decimas soluit. decimatus tamen non existit. sicut dicitur q; omnes peccauerunt et tamen christus non peccauit in eo qui etiam in eo fuit. Et subdit q; caro christi fuit talis qualis fuit in statu innocentie primitus instituta. et ideo dicitur sumptisse primitiua nostre masse. vnde caro eius fuit similis nostre non in culpa: sed in humanis penalitatibus. Unde licet eadem sit caro christi et aliorum hominum fm materiam. tamen christi caro fuit per gratiam concepta et sanctificata et nata. quod alio: hominum caro no habet. et propter hoc caro christi no fuit obligata. Tertia propositio est hec. Caro christi in principio sue conceptionis fuit simul debita membrorum distinctione formata. animata et assumpta. Licet tamen in quadraginta sex diebus membra corporis christi ad tantam quantitatez qua distincte discerni possent sunt adaucta. Hanc magister insinuans obijcit contra superius dicta. scz q; caro christi no fuit prius concepta q; assumpta. et hoc per verbum beati Augustini super illo verbo Jobanis. Soluite templum hoc et tribus diebus reedificabo illud. Hic numerus dicit beatus Augustinus perfectioni domini et corporis conuenit. quia vt dicit phisicor diebus forma humani corporis perficitur. Et quibus ver-

bis patet carnem christi per successionem dierum fuisse formatam sicut ceterorum hominum. et per consequens non in primo sue conceptionis animatam seu assumptam. Ad quod respondes dicit beatus Augustinus verba illa non ideo dicere: q; caro christi q; aliquod dies sit formata anteq; animata seu assumpta. sed ideo quia distinctio membrorum corporis q; verbum animatum in principio conceptionis assumptum tam tenuis et parua erat q; vix discerni potuisset que quia in quadraginta sex diebus tantum increuit q; perfecte discerni potuit. ideo dicit numeru tot die rum domini corporis perfectioni conuenire. Quod confirmat autoritate damasceni. Et tm in speciali.

Quare in scriptura sepius tribuat incarnatio que est opus trinitatis spiritui sancto. et de ipso etiam conceptus et natus dicat.

Quoniam vero in

carnatio verbi sicut in superius tractatum est: operatio vere sit patris et filij et spiritus sancti. Inuestigatione dignu nobis videt quare in scriptura spiritui sancto hoc opus sepius tribuatur. et de ipso christus conceptus et natus memoratur. Non em ideo operatio incarnationis spiritui sancto sepius tribuitur q; eam ipse solus sine patre ac filio fecerit. s; quia spiritus sanctus est charitas et donum patris et filij. et ineffabili dei dono xbum caro factum est. et ineffabili dei dono filius dei sibi vniuit formam serui: Non ergo frequens denominatio spiritus sancti ab illo opere patrem vel filium secludit. sed potius vno nominato tres intelliguntur. sicut fit sepe in alijs operibus. Unde Augustinus super hoc mouens questionem in hunc modum eandem determinat in enchirid. ita inquit. **Solutio.** Num illam creaturam quam virgo concepit et peperit: quis ad solam personaz filij pertinentez: tota trinitas fecerit. neq; enim separabilia sunt opera trinitatis. cur in ea facienda spiritus sanctus solus nominatus est. An etiam quando vnus triu in aliquo opere nominat: vniuersa opari trinitas intelligitur. ita vere est et exemplis doceri potest. Audistis proposita questionem. eiusdemq; solutionem vel expositionem.

Quo sensu dicat conceptus et natus de spiritu sancto.

Bed non est in hoc diutius immorandum. Illud enim mouet quomodo dicitur est christus natus de spiritu

DI. IIII
Augusti.
Solutio.

sancto . cum filius nullo modo sit spiritus
sancti. Nunquid dicitur sumus patres ho
minis christi esse spiritum sanctum. ut deus
pater verbum genuerit: spiritum sanctum ho
minem. ex qua utraq; substantia christus
vnus esset. et dei patris filius fm verbum
et spiritum sancti filius fm hominem. q; cum
spiritum sanctum tanq; pater eius de matre
virgine genuisset. Quis hoc dicere aude
bit: cum hoc ita sit absurdum vt nulle fide
lium aures id valeant sustinere. Proinde
cum fatemur christum natum de spiritu san
cto ex Maria virgine. quomodo non sit fi
lius spiritum sancti et sit filius virginis: cum
et de illo et de illa sit natus explicare diffici
le est. Proculdubio non sic de illo vt de pa
tre. Sic autem de illa vt de matre natus est
Non est autem concedendum quicquid de
aliqua re nascitur continuo eiusdem rei fili
um nuncupandum. Ut enim omittam ali
ter de homine nasci filium. aliter capillum.
aliter pediculum. et lumbicum. quorum ni
hil est filius. Ut ergo hec omittam. quonia
tante rei deformiter comparatur. certe qui
nascuntur ex aqua et spiritu sancto: non a
que filios eos recte quispiam dixerit. sed di
cuntur filij dei patris. et matris ecclesie. Sic
ergo de spiritu sancto natus est christus. nec
tamen filius est spiritum sancti. Sicut econ
uerso non omnes qui dicuntur alicuius fi
lij. consequens est vt de illo etiam nati esse
dicantur. vt illi qui adoptantur. Dicuntur
etiam filij zebenne. non ex illa nati. sed in il
lam preparati. Cum itaq; de aliquo nascat
tur aliqd: et non ita vt sit filius. nec rursus
omnis qui dicitur filius de illo sit natus cu
lus dicitur filius. Profecto modus iste quo
natus est christus de Maria sicut filius:
et de spiritu sancto non sicut filius. in sinuat
nobis gratiam dei qua homo nullis meritis
precedentibus in ipso exordio nature sue q
esse cepit. verbo dei copularetur in tantam
persone vnitatem: vt idem esset filius dei q
filius hominis. et filius hominis qui filius
dei. et sicut in nature humane susceptione fi
eret quodammodo ipsa gratia illi homini
naturaliter qua nullum possit admittere pec
catum. que gratia ideo per spiritum sanctum
est significata. quia ipse proprie sic est deus
vt sit etiam dei donum. Per hoc ergo qd
spiritum sancto esse nativitas christi dicitur.
quid aliud q; ipsa gratia dei demonstratur
qua homo mirabili et ineffabili modo ver
bo dei est adiunctus atq; connexus. et diui
na gratia corporaliter repletus.

Ex non quic.
qd de aliqua
re nascit eius
filius dicit.

Non omnes qui
dicuntur alicuius
filius filij de illo
nati sunt.

Alia ratio quare dicatur natus de
spiritu sancto. c

Potest etiam dici cri
stus fm hominem ideo natus de spiritu san
cto. quia eum fecit. Inq; tum enim homo e
et ipse factus est: vt ait apostolus. Concep
tus ergo et natus de spiritu sancto esse dicitur. Au. in en
chiridion.
tur. non q; spiritum sanctum fuerit virgini p
semine. non enim de substantia spiritum san
cti semen partus accepit. sed quia per grati
am dei et operatione spiritum sancti de car
ne virginis est assumptum quod verbo est
vnitum. Et in euangelio fm hanc intelligen
tiam legitur de maria q; inuenta est in vte
ro habens de spiritu sancto Cuius dicitur ra
tionem Ambrosius insinuans in tertio li
bro de spiritu sancto: ait. Quod ex aliquo
est. aut ex substantia. aut ex potestate eius
est. Ex substantia sicut filius. quia a patre
vel ex patre: et spiritu sancto qui a patre et
filio procedit. Ex potestate autem sicut ex
deo omnia. Quomodo ergo in vtero habu
it Maria ex spiritu sancto? Si quasi ex sub
stantia. ergo spiritus in carnem et ossa con
uersus est. non vtiq;? Si vero quasi ex ope
ratione et potestate eius virgo concepit: q
neget spiritum sanctum dominice incarna
tionis auctorem?

Ambrosio. in
positione huius
carbolice.

Quare apostolus dicat christum fa
ctum cum nos eum esse fateamur na
tum. d

Sz queri potest cu
nos saluatorem natum profiteamur cur a
postolus cum factus dicat ex femine dauid
et alio loco factum ex muliere. cum aliud
sit fieri. aliud nasci. Aliquid ergo signifi
cauit hoc dicto. Quia enim non ab humano
semine congregata est caro dni in vtero vir
ginis. et corpus effecta. sed effectum et virtute
spiritum sancti. ideo apostolus dicit factum
non natum. Aliud est enim semine admixto
et sanguinis coagulo generare. Aliud est non
pmixtione. sed virtute procreare. possunt
enim homines generare filios sed non facere
Ecce quare dicit apostolus factus et non na
tum. ne eius scz nativitas que fuit sine virt
li semine: nostre filius putaretur q; conficitur
seminum commixtione. Ideo autem cum fa
ctum diceret: apostolus addidit. ex femine da

uit. et quia si no intercessit semen hominis in conceptione yginis. tñ quia ex ea carne xps formatus est que constat ex semine: recte dicit quia factus est.

Ista est distinctio quarta huius ter

ty libri. In qua magister post qd egit de qualitate nature assumptae agit de auctore assumptionis. Et tria facit Nam primo inquit quare opus incarnationis potius attribuat spiritus sancto qd toti trinitati. Secundo quare xps sit conceptus de spiritu sancto cum tamen no sit filius spiritus sancti. Tertio quare apostolus dicit potius xpm de muliere fieri qd nasci. Primum facit vsqz ibi. Sed non est in hoc. Secundum ab inde vsqz ibi. Sed queri potest. Tertium vsqz ad finem distin. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Licet opus carnalis incarnationis frequenter attribuat spiritui sancto. ab hoc tamen no excludit patris et filij cooperatione. Hanc magister pbans querit. quare opus incarnationis spiritus sancto specialiter attribuit in scripturis. cum tamen vt supra dictum est tota trinitas ipsam incarnatione operata sit. et respondet scripturam hoc facere: no ideo qd spiritus sanctus solus sit incarnationem operatus. sed qd verbum dei factum est caro ex ineffabili charitate et ineffabili dei dono et bonitate. que quia spiritus sancto appropriant. ideo opus incarnationis sibi specialiter attribuitur. nec per hoc ab ipso opere incarnationis pater et filius excluduntur. quia in actionibus essentialibus sub vna persona cetera subintelliguntur. cum opera trinitatis ad extra sunt indiuisa. Quia sententia magister confirmat auctoritate beati Aug. in encheridion. Secunda propositio est hec. Licet filius dei dicatur natus de virgine vt de matre. tamen de spiritu sancto non est natus vt de patre. Hanc magister insinuans querit. Cum christus sit natus de spiritu sancto an debeat dici filius spiritus sancti. Et arguit primo qd no. Nam ex quo pater eum genuit fm qd est verbum. si ergo spiritus sanctus cum genuisset fm qd est homo. christus ex duabus naturis scz diuina et humana compositus esset et fm vnam esset filius vnus. et fm aliam esset filius alterius quod est absurdum. In oppositum arguit sic. Nam quia christus natus est de beata virgine dicitur filius beate virginis. igitur a simili quia natus est a spiritu sancto debeat dici filius spiritus sancti. Ad qd respondens magister dicit. qd filius dei non potest dici filius spiritus sancti. quia no natus de ipso vt de patre. Sed bene potest dici filius beate virginis. eo qd natus sit de ipsa vt de matre. Quam sententiam confirmat per hoc qd multa de aliqua re nascuntur. que tamen non dicuntur filij eius. vt pili de capite. et etiam hi qui nascunt ex aqua et spiritu sancto in baptisate: non dicuntur aque filij sed ecclesie. Et eodemo modo multi aliorum filij dicuntur. qui tamen de ipsis no nascuntur vt filij adoptiui et filij geberne qui tamen de ipsis nati non sunt. Et subdit etiam magister duas rationes quare christus specialiter dicatur natus de spiritu sancto. Quarum prima est. quia scilicet huiusmodi incarnatio est donum dei. ad designandum ergo qd nullus precedentibus meritis. sed ex solo dei dono: copulatio nature humane cum persona diuina sit expleta. Et fm hoc cum christus dicitur natus de spiritu sancto. ly de denotat rationem operis. Secunda est qd christus dicitur natus de spiritu sancto. qua virtute et potestate spiritus sancti illud scriptum e de virgine qd vno vnitum est. non sic qd spiritus sanctus fuerit seminalis materia. sed qd fuerit efficiens causa. et sic cum christus dicitur natus de spiritu sancto. ly de

denotat habitudinem cause efficientis. sicut omnia dicitur esse ex deo no substantialiter sed potestatiue seu effectiue. Tertia propositio est hec. Quiauis christus natus sit de virgine. potius tamen dicitur factus qd natus. cuz non sit conceptus ex virili semine. Hanc magister insinuans querit. Cur apostolus ad Roma nos primo dicat christum factum ex semine dauid. et alibi dicit ipsum factum ex muliere. cum tamen nos dicimus christum natum. et aliud est nasci. et aliud e fieri. Ad quod respondens dicit qd apostolus tantum dixit christum factum ex muliere ad ostendendam differentiam conceptionis sue a communi hominum conceptione. Nam christus ratione sue singularis conceptionis habet tam nati qd facti rationem. ex eo qd sola operatione spiritus sancti in vtero virginis formabatur. Ceteri autem homines habent solam rationem nati et no facti. quia caro eorum virtute virilis seminis formatur in vtero. quare etiam hominis dicuntur filios generare et non facere. Et subdit qd apostolus dicit christum factum ex semine. non ideo quia semine hominis eius conceptioni interuenit. sed quia ex carne virginis que ex semine dauid venit caro christi formata fuit. Et tñ in speciali.

Si persona vel natura personarum vel naturam assumpsit. et si natura dei incarnata sit.

Reterea inquit

ri oportet cum ex premissis constet verbum dei carnem et animam simul assumpsisse in unitate persone. qd horum potius concedendum sit scz qd persona personarum. vel natura naturam. vel persona naturam. vel natura personam assumpsit. Et an ita conueniat dici diuinam naturam esse incarnatam: sicut deus incarnatus et verbum incarnatum sane dicitur. Hec inquisitio siue querendi ratio. iuxta sacrarum auctoritatum testimonia partim implicita atqz pplexa. partim explicita est et apta. Tertium est enim et line ambiguitate verum qd no natura personam. nec persona personam. sed persona naturam assumpsit. quod sanctorum subditis comprobatur testimonijs et astruitur documentis. Sit enim Augustinus in li. de fide ad petrum. De vniuersum dicitur accipere veritatem carnis accepit ex virgine. et cum nascere integritatem yginis. et cum nascere integritatem yginis. et paulo post. Sic deus humanam naturam in unitate persone suscepit. qd se humiliat per misericordiam in corrupte virginis vterum ex ea nasciturus impleuit. Formam ergo serui. id est naturam serui in suam accepit ille deus personam. Item Deus verbum non accepit personam hominis sed naturam. Item. Dei filius vniuersus in carne hominis animamqz mundaret susceptione carnis animeqz rationalis incarnatus est. Hic alijqz pluribus auctoritatibus euidenter ostenditur. non natura personam. nec personam

Ex illa qstio a perta est. Augusti

nā personam. sed personam naturam accepisse. De quarto vero questionis articulo vtrum scilicet natura naturam assumpsit: scrupulosa etiam inter doctos questio est. Quia et in hoc plurimum dissentire videntur. qui autoritate preclari. alijs doctiores in sacra pagina extiterunt. nec tantum alij ab alijs. verum etiam idem a seipsis dissonare videntur sicut subiecta capitula docent. Legitur enim in concilio toletano viij. traditum sic. Solum verbum caro factum est: et habitauit in nobis. et cum tota trinitas operata sit formationem suscepit hominis. quoniam inseparabilia sunt opera trinitatis. solus tamen filius accepit hominem in singularitatem persone. non unitatem diuine nature. id est quod est proprium filij non quod comune est trinitati. Itē in concilio .xj. toletano. Antius substantie credimus deum patrem et filium et spiritū sanctum. non tamen dicimus vt huius trinitatis unitatem Maria virgo genuerit. sed tantum filium qui solus naturam nostram in unitatem sue persone assumpsit. Incarnationem quoque huius filij dei tota trinitas operata esse credenda est. Solus tamen filius formam serui accepit in singularitatem persone. His insinuari videtur qd persona tantū naturam. non natura naturam assumpserit. Si enī quod comune est trinitati non accepit homines. ergo non natura diuina que comunis est tribus personis. Cui videtur obuiare quod Aug^o. ait i libro de fide ad Petrus. Nec diuinitas inquit xpi aliena est a natura patris. Sicut illud In principio erat verbum. nec humanitas eius aliena ē a natura matris. Sicut id qd verbum caro factum est. Illa enim natura que sine peccato suscepit vt nascere ex virgine. Hac autoritate videt tradi qd diuina natura humanā suscepit. Vbi vehementer moueri possumus qd eam genitam eternaliter ex patre dicit. nisi forte natura pro persona hic accipiat. alioquin si dixerimus naturā tribus personis communem genitam esse occurrunt nobis ex aduerso que in tractatu de trinitate disseruimus. vbi diximus non natura naturam. sed persona personam genuisse. Quia si natura genuisset naturam cum vna eademq; sit natura trinitatis. eadē res seipsam genuisset. Quod Aug^o. fieri posse negat. Sed alibi certum reperimus documentum. quo natura naturam assumpsisse monstrat. Sic enī Augusti. in primo libro

De toletano concilio hic ponit ea quibus innui videtur naturam non accepisse naturam.

Dic ponit ea quibus probatur non accepisse naturam

de trinitate. Etiam seipso christus factus est minor formaz serui accipiens. Neq; enim sic accepit formā serui vt amitteret formā dei. in qua erat equalis patris. vt et in forma serui et in forma dei idē ipse sit vnigenitus filius patri. qd forma dei accepit formā serui. Si autem forma dei accepit formā serui. Si autem forma dei accepit formā serui accepit sine dubio natura naturam accepit. Forme enim nomine natura significatur. vt Augustinus euidenter docet in libro de fide ad Petrus. Cum inquit de christo audis quia in forma dei erat. oportet te agnoscere firmissimeq; tenere in illo forme nomine naturalem plenitudinem debere intelligi. In forma dei ergo erat. quia in natura dei patris semp erat de quo natus erat. Iulianus quoq; in .xij. libro de trinitate. ita ait. Esse in forma dei non alia intelligentia est qm in dei manere natura. Didicisti nomine forme intelligentiaz fieri nature. et audisti qd forma dei formā serui suscepit. Unde consequens est qd natura diuina naturā humanā suscepit. Quod etiam Hieron. in explanatione filii dei euidenter insinuat inquit. Passus est filius dei nō putatiue s; vere. Sicut illud. passus est qd pati poterat. i. non sicut illam substantiam que assumpsit. sed sicut illā que assumpta est. Ex quo apparet diuinā substantiam assumpsisse humanā. Ex verbis autē Augustini superius positis adhibita diligentia innui videt solum verbū carnem factum. et naturam solum suscepisse humanā et diuinam naturā eandem accepisse. Sic enī Trinitas nos sibi reconciliauit p hoc qd solum verbum carne ipsa trinitas fecit. In quo sic veritas incommutabilis manet diuine humaneq; nature. vt sicut vera semp est eius diuinitas quam de patre habet. ita vere semp et incommutabilis ei sit humanitas quam sibi unitam summa diuinitas gerit. Ecce et solum verbum dixit carnem factū et humanitatem diuinitati unitam. Idem quodq; superius dixit seruillem formā a solo filio susceptam quam tota trinitas fecit. Jam facile est agnoscere qd diuersa et multiplicia sup questione pposita autores tradiderunt. Ideoq; posteriores ea legentes varias atq; contrarias ex predictis occasionem sumentes pmut sententias.

Quid de hoc tenendum sit. **Nos autez omnīs mendacij et contradictionis notam a sacris paginis secludere cupientes. orthodoxis patribus atq; catholicis doctoribus**

Quid forme nomine intelligatur.

Iulianus.

Hieron.

nulla prave intelligentie suspitione notatis consentimus dicentes. et personam filij assumpsisse naturam humanam. et naturam divinam humane nature in filio unitam. eamque sibi unisse vel assumpsisse. Unde et vere incarnata dicitur. Ex vero dicitur solus filius formam servi accepisse. per hoc non excludit divinam naturam ab acceptione servilis forme. sed alie due persone pater scilicet et spiritus sanctus Item et illud aliud. scilicet id quod est proprium filij non quod commune est trinitati: hominem accepit. sic oportet intelligi. id est proprie in hypostasi filij non tribus communiter personis. divina natura humanam naturam sibi univit Qui sensus ex verbis Johannis Damasceni confirmatur qui totam divinam naturam in unam hypostasim incarnatam esse euidenter asserit dicens. In humanatione dei verbi animus omnem et perfectam naturam deitatis in una eius hypostaseon incarnatam esse. id est unitam humane nature et non partem partem. Omnis enim humane nature animus esse unitam omnem deitatis naturam vel substantiam. Item. Eadem est natura in singula hypostaseon. id est personarum. et quando dicimus naturam verbi incarnatam esse secundum beatos scilicet secundum Athanasium et Cyrillum. deitatem dicitur esse unitam carni. et unam naturam dei verbi incarnatam confitemur. Verbum autem et quod commune est substantie possidet. et quod proprietatis est habens hypostaseon. id est persone Ex his manifeste ostendit quod natura divina incarnata est Unam et eadem vere dicitur suscepisse humanam naturam.

An divina natura debeat dici caro facta.

Sz queritur utrum

eadem divina natura debeat dici caro facta sicut verbum dicitur caro factum. Si enim id est incarnari quod est carnem fieri. videri potest ita debere dici quod sit caro facta sicut dicitur incarnata. Ad quod dicimus quia si illud dictum in sacra scriptura reperiretur. ex eadem intelligentia acciperet quia cum dicitur incarnata. Sz quia illud auctoritas subiecit. atque locutionis modus nimiam videretur facere expressionem: si natura divina diceretur caro facta. melius silere hoc puto vel negare quam temere asserere. ne si illud dicatur. conuertibilitas nature in naturam significari putetur. Ex premissis indubitabiliter constat quod persona verbi siue natu-

ra hois naturam. scilicet carnem et animam assumpsit sed non personam hois. Si autem natura divina naturam hois accepit. quare non dicitur facta homo vel esse homo sicut verbum dei? Ad quod dicitur potest quod dei filius dicitur factus homo vel esse homo. non solum quod hominem assumpsit. sed quia ipsum in unitatem et singularitatem sui et persone accepit. Natura autem divina hominem quem dem accepit. id est hominis formam sibi univit sed non in singularitate et unitate sui. Seruata enim proprietate ac diuersitate duarum naturarum persone singularitas extitit. Ideoque non sic dicitur divina natura esse homo. vel facta homo: sicut dei filius. Quidam tamen in differenter utrumque concedunt.

Responso.

Quare non accepit personam hois cum hominem accepit.

Ideo vero non p-

sonam hominis assumpsit. quia caro illa et anima illa non erant unita in una persona quam assumpsit. quia non ex illis constabat persona quando illis unitum verbum est. Nam sibi inuicem sunt unita simul cum verbo Altera tamen unione inuicem unita sunt illa duo. scilicet anima et caro. alia unione verbo unita sunt. Quia alia est unio anime illius ad carnem. et alia est unio verbi ad animam illam et ad carnem Non ergo accepit hominem dei personam hominis sed naturam. quia non erat ex carne illa et anima illa una composita persona quam hominem accepit. sed accipiendo univit et uniendo accepit.

Contra hoc opinio qua probare quidam volunt personam accepisse personam.

Hic a quibusdam

christi humanitatē vna adoratione cū verbo esse adorandā. nō p̄pter se sed propter illū cuius scabelluz est cui est vnita. Neq̄ ipsa humanitas sola vel nuda. sed cuz verbo cui ē vnita. nec p̄pter se: sed p̄pter illuz cui ē vnita ē adorāda. Nec q̄ hoc facit idolatrie reus iudicari p̄t. qz nec soli creature. nec p̄pter ip̄az. sed creatori cū hūanitate. et i hūanitate sua seruit. De hoc Johes

dam. ita ait. Due sunt nature x̄pi. ratioe et Jo. dam. mō differentes. vnite v̄o s̄m̄ hypostasim.

Unus ergo x̄ps est deus p̄fectus et homo p̄fectus: quē adoramus cū patre et spiritu vna adoratione cum incontaminata carne eius. Nō in adorabilem carnem dicentes. Adorat̄ em̄ in vna x̄bi hypostasi. q̄ hypostasis generata est Non creature veneratiōne p̄bentes. Non q̄ vt nudam carnē adoramus. sed vt vnitā deitati in vnam hypostasim dei verbi duabus reductis naturis Timeo carbonem tangere p̄pter ligno co-pulatum ignē Adoro christi dei mei simul vtrāq̄ naturā. p̄pter carni vnitaz deitatē. Nō em̄ quartā appono p̄sonā in trinitate. sed vnā p̄sonā cōfiteor verbi et carnis eius. His verbis insinuari videt̄ x̄pi hūanitatē vna adoratione cum verbo esse adorandā. De hoc etiā Aug. ait ex ser. dñi vbi dicit. Non turbet̄ cor v̄m: ita dicit Dicunt heretici filiū nō natura esse deū s̄ creatum. Quibus rñdendū est. q̄ si filiū nō ē deus natura s̄ creatura. nec colēdus ē oīno. nec vt deus adorādus. dicēte ap̄lo. Coluerūt et seruiert̄ poti⁹ creature q̄ creatori. Sed illi ad hoc replicabūt et dicēt. Quid est q̄ carnē eius quā creaturaz esse non negas si mul cuz diuinitate adoras. et ei nō min⁹ q̄ diuinitati deseruis. Ego dñicā carnē imo p̄fectā in x̄po humanitatē ideo adoro. qz a diuinitate suscepta et deitati vnita est. vt nō aliū et aliū. sed vnū eundēq̄ deuz et hominē filiū dei esse cōfitear. Deniq̄ si hominē sepaueris a deo. illi nunq̄ credo nec seruiō. velut si quis purpurā vel diadema regale iacens inueniat. nunquid ea conabit̄ adorare. Cum vero ea rex fuerit indutus: piculū mortis incurrit. si ea cum rege adorare q̄s contempserit. Ita in christo domino humanitatē nō solā vel nudā. sed diuinitati vnitā. s. vnū filiū deū v̄ez et hominē v̄ez si quis adorare contempserit: eternaliter morietur. Idē sup̄ ps̄. xcviij. vbi dicitur. Adorate scabellū pedum eius quā sanctū est. Sciendū qz in x̄po terra est. id ē. caro que sine impietate adorat̄. Suscepit. n. de terra terraz. qz caro de terra ē. et de carne Marie carnē accepit. hec sine impietate a x̄bo dei assumpta adorat̄ a nobis. qz nemo carnē eius māducat nisi p̄us adoret. sed qui adorat non terram intuetur. sed illum potius cuius scabellū est p̄pter quem adorat. His autoritatibus p̄misse inuestigationis absolutio explicat.

Augusti.

DI. IX

Quidā dicit nō illa adoratione adorandū esse. De speciebus dule.



Tertia ppositio ē hec. Caro chri-
 sti in q̄tum verbo vnita: ē adoratiōe latric adorāda.
 Vanc mgr̄ insinuans q̄rit. vtrū hūana natura i chri-
 sto debeat eadē adoratiōe adorari cū verbo cui vni-
 ta ē. Et r̄ndet circa hoc fore duas opinōes. q̄p vna
 dicit q̄ nō. q̄ adoratiōe latric. q̄ est cult⁹ deo dedit⁹
 vt creatori. ⁊ qui nulli creature exhiberi debet. ipse
 solus deus adorari debet. Cū igit̄ caro vel aia vbo
 vnita sit vt creatura. patet q̄ eadē adoratiōe cū ver-
 bo non ē adoranda. Est tñ p̄ ceteris creaturis ratio-
 nalibus simpliciter ⁊ p̄cipue adoranda seu veneranda
 non tñ vt honor diuinitati exhibet⁹ ei p̄ se attribuat⁹
 qui q̄dem cultus exhibēdus p̄sistit i amore ⁊ cordis
 dilectione. ⁊ bonoz spaliū ⁊ sacrificioz ⁊ mēbroz
 exhibitiōe. ⁊ om̄imoda reuerentia q̄ sibi minime ex-
 hibet. Alia opinio que cōmuni⁹ ē ⁊ verior apparet
 dicit. q̄ humana natura vnita diuine p̄sonē eadem
 adoratiōe q̄ diuina persona adorat. est pie adoran-
 da p̄siderando sp̄ naturam humanā vt verbo vnita
 ⁊ nō ab ipso separata. Nam q̄ eā sic adorat non pec-
 cat. q̄ eam non adorat vt creaturā. sed vt vnita di-
 uine persone. Et istam opinione mgr̄ p̄firmat auto-
 ritate Aug. ⁊ Dam. Et tñ in speciali.

**An x̄pus fm q̄ homo sit persona
 vel aliq̄d.** a

DLX

¶ Olet etiam a

Argumenta-
 tio de vtraq̄
 pte q̄stionis.

q̄busdā inquiri. vtrū x̄pus fm
 q̄ hō sit p̄sona vel etiā sit ali-
 quid Extra q̄ pte hui⁹ que
 stionis argumēta p̄currūt. Et em̄ p̄sona sit
 his differūt rōibus. Si fm q̄ hō aliq̄d est
 vel p̄sona. vel suba. vel aliud est. Sz aliud
 nō. q̄ p̄sona vel suba. Si suba ē. vel rōnal.
 vel irrōnalis. sed nō ē irrōnalis suba. q̄ rō-
 nalis. Si vō fm q̄ hō ē rōnalis suba. q̄ p̄-
 sona. q̄ hec est diffinitio p̄sonē suba rōna-
 lis indiuidue nature. Si q̄ fm q̄ hō. est ali-
 quid. ⁊ fm q̄ homo p̄sona est. Sz ec̄ouer-
 so. si fm q̄ hō p̄sona est. vel tertia i trinita-
 ce. vel alia. sed alia nō. ergo tertia i trinita-
 te p̄sona. Et si fm q̄ hō p̄sona est tertia in
 trinitate. q̄ deus. p̄p̄ter hec incōueniē-
 tia ⁊ alia. quidā dicunt x̄pm fm hominem
 nō esse p̄sonaz. nec aliquid nisi forte. fm sit
 exp̄ssiuū vnitatis p̄sonē. Sc̄m em̄ habet
 multiplicē rōem. Aliq̄n em̄ exprimit cōdi-
 tionē. vel p̄p̄rietatē diuine nature vel hu-
 mane. aliq̄n vnitatē p̄sonē. aliq̄n notat ha-
 bitū. aliq̄n cām. Cuius distinctōis rōnem
 diligenter lector animaduertat. atq̄ i sinu
 memorię recōdat. ne eius cōfundat̄ sensus
 cū de x̄po sermo occurrerit.

**Et si x̄pus fm q̄ hō dicat̄ substātia
 rōnalis. non inde tñ sequit̄ q̄ p̄so-
 na sit fm q̄ homo.** b

¶ Illud tamen nō se-
 quitur qd̄ in argumētatione supiori indu-
 ctū est. Et si x̄pus fm q̄ hō est suba ratiōna-
 lis. ergo p̄sona. Nā ⁊ modo aia ch̄risti est
 substātia rōnalis. non tñ p̄sona. q̄ non est
 p̄se sonans. imo alij rei p̄iūcta. Illa tñ p̄so-
 ne descriptio nō ē data p̄ illis tribus p̄sonis

¶ Alia p̄batio q̄ x̄pus sit p̄sona. c

¶ Sed adhuc aliter

nitunt̄ p̄bare x̄pm fm hoīem esse p̄sonam
 quia ch̄ristus fm q̄ homo p̄destinatus
 est vt sit dei filius. Sed illud est qd̄ vt sit p̄-
 destinatus est. ergo si p̄destinatus est fm
 q̄ hō vt sit filius dei. ⁊ fm q̄ hō ē fili⁹ dei.
 Ad qd̄ dici pōt x̄pm esse id qd̄ vt sit p̄desti-
 natus est. Est em̄ p̄destinat⁹ vt sit fili⁹ dei ⁊
 ipse vere est filius dei. sed fm hoīem p̄de-
 stinatus est vt sit filius dei. q̄ p̄ gratiā ha-
 bet hoc fm hominē. nec tamē fm hominē
 est filius dei: nisi forte fm vnitatis persone
 sit exp̄ssiuū. vt sit sensus. Ip̄e qui est ho-
 mo ē dei fili⁹. vt aut̄ ip̄e ens hō sit dei fili⁹ p̄
 gr̄az habet. f̄ si causa notet̄ falsū est. Non
 em̄ quo homo est. eo dei filius est.

**¶ An x̄pus sit adoptiuus filius fm q̄
 hō vt alio modo.** d

¶ Si vero queritur

an ch̄ristus sit adoptiuus filius fm q̄ ho-
 mo siue alio modo: respondemus ch̄ristus
 non esse adoptiuū filiū aliquo mō. f̄ tñ na-
 turālē. q̄ natura filius dei est. nō adoptio-
 nis gr̄a. Nō autē sic dicit̄ filius natura vt
 dicit̄ deus natura. Non em̄ eo fili⁹ est quo
 deus est. q̄ natiuitate diuinitatis filius ē.
 et cum dicit̄ natura vel nature filius quia
 naturaliter est fili⁹: eandē. f̄ habens natu-
 ram quam ille qui genuit. Adoptiuus au-
 tem filius non est. q̄ prius non fuit. ⁊ post
 modū adoptatus est in filiū. sicut nos dici-
 mur adoptiuū filiū. Quia cum nati fuerim⁹
 ire filiū: p̄ gratiam facti sumus filiū dei. ch̄ri-
 stus vero nunq̄ fuit non filius dei. et ideo
 non ē adoptiuus filius.

¶ Opinio q̄ sit adoptiu⁹ filius. e

**¶ Sz ad hoc opponi-
 tur sic. Ch̄ristus filius hominis est. i. vir-**

ginitis aut gratia aut natura. vel utroque modo
 Si vero natura: aut diuina aut humana. sed
 diuina non. ergo aut humana natura. aut
 non natura est filius hominis. Si non natura
 ergo gratia tantum. et si etiam natura huma-
 na non. ideo minus per gratiam. Si ergo gratia:
 filius hominis est. adoptiuus filius esse vide-
 tur. ut idem sit naturalis filius patris. et ad-
 optiuus filius virginis. Ad quod dici potest christum
 filium virginis esse et natura vel naturaliter
 et gratia. nec tamen adoptiuus filius vir-
 ginis est. quia non per adoptionem: sed per vnio-
 nem filius virginis esse dicitur. Filius enim virgi-
 nis dicitur. eo quod in virgine hominem accepit
 in unitate persone. et huius gratie et non natu-
 re. Unde Augustinus super Iohannem. ait. quod vnigenitus
 est equalis patri: non est gratie sed nature.
 Quod autem in unitate persone vnigeniti assump-
 tum est homo: gratie est non nature. Christus ergo nec
 dei nec hominis est adoptiuus filius. sed dei natu-
 raliter. et hominis naturaliter et gratia filius
 Quod vero naturaliter sit hominis filius: Augu-
 stinus ostendit in libro de fide ad Petrum. Ille scilicet
 deus factus est naturaliter hominis filius qui
 est naturaliter filius vnigeniti dei patris. Quod
 autem non sit adoptiuus filius. et tamen gratia sit
 filius: ex subditis probatur testimonijs. Hie-
 ronymus super epistolam ad Ephesios ait.
 De christo iesu scriptum est. quod semper cum pater
 fuit. et nunquam cum ut esset voluntas pater
 cessit. et ille quidem natura filius est. nos ve-
 ro adoptione. Ille nunquam non fuit filius. nos
 antequam essemus predestinati sumus. et tunc
 spiritum adoptionis accepimus quoniam credidimus
 filium dei. Iulianus in libro de trinitate
 ait. Dominus dicens clarifica filium tuum.
 non solo nomine testatur esse se esse filium
 dei. sed etiam proprietate. Nos sumus filij dei:
 sed non talis hic filius. Hic enim verus et proprius
 est filius origine: non adoptione. veritate:
 non nuncupatione. natiuitate: non creati-
 one. Augustinus etiam super Iohannem ait. Nos
 sumus filij gratia non natura. vnigenitus au-
 tem natura non gratia. an hoc etiam in ipso fi-
 lio ad hominem referendum est. Ita sane: Am-
 brosius in libro de trinitate. ait. Christus
 filius est non per adoptionem sed per naturam.
 per adoptionem nos filij dicimur: ille per verita-
 tem nature est. Ex his euidenter ostenditur
 quod christus non sit filius gratia adoptionis. Il-
 la enim gratia intelligitur cum Augustinus eum non esse
 gratia filium asserit. gratia enim sed non adop-
 tionis. imo vnionis filius dei est filius ho-
 minis et conuerso.

Utrum persona vel natura predesti-
nata sit.

Deinde si queritur

utrum predestinatio illa quam commemorat apostolus
sit de persona an de natura? Sane dici potest et
personam filij que semper fuit esse predestinatam
sicut hominem assumptum: ut ipsa scilicet ens homo esset
dei filius. et naturam humanam esse predestinatam
ut verbo patris personaliter uniret.

Ista est distinctio decima huius ter-
tij libri. In qua magister postquam egit de conditionibus cum
sequentibus actum vnionis quo ad naturam vnientem et vn-
tam. Agit de conditionibus eiusdem quo ad personam in qua dici-
mus vnionem esse factam. Et tria facit. Primo. non agit
de personam que pertinet ad dignitatem nature. Secundo
de adoptione que pertinet ad dignitatem gratie. Tertio de pre-
destinatione que pertinet ad dignitatem glorie. Primum versus
Si vero querit. Secundo versus ibi. Deinde si querit. Ter-
tium versus ad finem distinctio. In speciali scilicet magistri
stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Quia
vnus christus ut homo sit humane nature indiuidua sub-
stantia. idem tamen secundum quod homo non est aliqua persona. Hanc in-
nuans magister querit. Christus secundum quod homo perso-
na sit. Et quod sit persona arguit sic. Nam christus secundum quod
homo est aliquid. aut igitur est substantia aut aliud. non ali-
ud. ergo substantia. sed non substantia irrationalis.
ergo rationalis. cum ergo omnis substantia rationalis sit
persona. quia secundum Boetium. persona est rationalis nature in-
diuidua substantia. sequitur christum secundum quod homo esse personam
In contrarium arguit sic. Si christus secundum quod homo esset perso-
na. ipsa esset tertia persona in trinitate et non alia: scilicet cum
illa sit deus. sequitur christum secundum quod homo esse deum. conse-
quens est falsum. igitur illud ex quo sequitur seu inferitur.
sed hoc est assumptum. ergo recte. Et respondens magis-
ter dicit non esse concedendum christum secundum quod homo esse per-
sonam. quia dato quod sic. tunc verbum non naturam. sed
personam assumpsisset. quod est falsum. ideo christus secundum quod ho-
mo non est dicendus persona vel aliquid. nisi forte ista pre-
positio secundum quod expressit denotaret unitatem persone. et hoc pa-
tet in littera ubi etiam ponit multiplicem acceptionem huius pre-
positionis. Postea magister soluit argumentum factum
in oppositum: dicens istam consequentiam non valere christus
est substantia rationalis. ergo est persona. quia persona di-
citur quasi res per se sonans et non alteri coniuncta. quod
non est verum de natura humana in christo. Et alio etiam
dicit consequentiam illam non valere. quia distinctio perso-
ne in argumento allegata non conuenit diuinitis perso-
nis. licet alijs bene conueniat. et sic relinquit non fore con-
cedendum quod christus secundum quod homo sit persona. Contra hoc
iterum opponit sic. Christus secundum quod homo est predestinatus
ut sit filius dei. sed secundum quod est filius dei est persona. igitur
secundum quod est homo est persona. Et respondens magister di-
cit antecedens esse multiplex. quia licet secundum quod reduplicat
one potest cedere. vel super predestinationem. et sic assump-
tum est verum. sed argumentum non valet. vel potest
cadere super filiationem. et sic argumentum est bonum
sed assumptum est falsum. Secunda propositio est hec
filius virginis temporalis non est dei filius adopti-
uus sed naturalis. Hanc magister procedens querit.
Utrum christus secundum quod homo sit filius adoptiuus.
Et respondet christum esse filium non adoptione. sed
natura. non tamen sic dicitur filius natura. sicut dicitur
tur deus natura diuinitatis. filius vero naturaliter
proprietate natiuitatis. vel dicitur deus natura forma.

Risso.

Aug. super Iohannem

Aug. de fide ad Petrum

Hieronymus super epistolam ad Ephesios

Iulianus contra Iulianum

Aug. super Iohannem

Ambrosius

Uter. et filius natura originaliter. Et qd nō ē filius adoptiuus patet. qz prius nō fuit nō filius. et postea i filiū adoptatus. sicut homines in filios adoptant. sed temp fuit filius. ergo nō adoptiuus. Sed cōtra hoc arguit sic. Christus ē filius dei natura. et filius virginis p generationē. cum igit esse filiū per grām sit cō filiu adoptione. videtur certe qd fm qd homo sit filius adoptiuus. Et respondet qd licet sit filius virginis. simul per naturam et gratiam vnionis. ex hoc tamē non pōt dici filius adoptiuus. cum nō sit filius virginis per grām adoptionis. et hoc pbando magister allegat sanctorū auctoritates. Tertia ppositio ē hec. filius dei qui fm qd deus ē p nostra salute tpaliter incarnatus. et fm qd hō eternaliter pdestinatus. Danc magister insinuās querit. Utrū natura vel persona xpō fuit pdestinata. Et rōdendo dicit qd vtrūq. naz persona fuit pdestinata. vt scz ens hō fieret filius dei et filius natura vt vniret verbo dei in vnitate persone. Et tm de snia huius distn. in speciali.

Utrū xps sit creatura siue creat^o vel factus a

¶ Ulet etiam

DLXI

f

queri vtruz debeat simplr dici atqz pcedi xpm esse factū vel creatū: vl creaturā

Ad qd dici pōt. hoc simpliciter et absqz de terminatione min^o pgruent dici Et si qnqz breuitatē cā simplr denunciet. nūqz tm simpliciter debet intelligi. Quia vt Aug^o in. j. li. de trini. ait. Cum d xpo loqmur qd fm qd et ppter quid dicat: prudens et diligēs ac pius lector intelligere debet. Qui xpm vel dei filiū nō esse factū vel creaturā. in pmo libro de trini. ostendit ita inquiēs. In pncipio erat verbū. et verbū caro factuz ē. et oia p ipsum facta sunt. Neqz dicit omnia nisi que facta sunt. i. omnē creaturam. Uñ liqde apparet ipm factū nō esse. p quem omnia facta sunt. et si factus non est: creatura nō est. Si aut creatura nō est. eiusdē cū patre substātie ē. Omnis em suba que de^o non est: creatura est. et que creatura nō est: de^o est. Sed si filius nō est eiusdē sube cui^o pater. ergo facta substātia est. et si facta suba est: uon oia p ipsum facta sunt. Et oia per ipsum facta sunt. facta ergo suba non est. s vna cum patre infecta suba est. Item in eodē. Si vel filiū fecit pater quē non fecit ipse filius. non omnia p filiū facta sunt. Et omnia p filiū facta sunt. Ipse ergo fact^o non est: vt cū patre faceret omnia que facta sunt Idē in libro. lxxxiij. questionū. Dicit creatura quicquid fecit deus pater per filiu. qui nō pōt appellari creatura. qm p ipsum facta sunt oia. Ambro. in. j. lib. de trinita. Probemus inqt creaturaz non esse dei fili-

Ambrosi^o

um. Audiuimus em in euāgelio dñm mandasse discipulis. Predicate euāgelium vniuerse creature. Qui vniuersaz creaturā dicit nullam excipit. et vbi sunt qui creaturā xpm appellant? Nā si creatura eēt: sibi mā daret euāgelium predicari. et subiectus eēt vanitati. quia testāte apostolo. ois creatura vanitati subiecta est. Non ergo xps creatura est sed creator. qui docende creature discipulis mandat officium.

De pfidia et pena Arrij.

b

¶ Arrij hec fuisse per

fidia legif vt xpm creaturaz faceret. Ideo effusa sunt Arrij viscera atqz crepuit medius pstratus in faciē. ea quibus christū negauerat feda ora pollut^o. Hīs alijsqz pluribus testimonijs instrui mur non debere fateri simpliciter xpm esse factum vel creaturā: s addita determinatione recte dici pōt. vt si dicat fact^o fm carnē vel fm hoiez. vt factura humanitati: nō deo attribuat. Et em ait Ambro. in primo lib. de trini. Non deus factus est. sed deus dei filius natus est. postea ho fm carnē hō factus ex Maria est. Misit em deus filium suum factuz ex muliere. factum sub lege. Filium inquit suum scz non vnum de multis. cuz dicit suum: generationis eterne ppietatem signauit. Postea factū ex muliere asseruit. vt factura nō diuinitati sed assumptioni corporis ascriberet. Factum ergo ex muliere dicit: ppter carnis susceptionē. sub lege: ppter obseruantiam legis. generatio generationi non p iudicat nec caro diuinitati. Deus em eternus incarnationis sacramentuz suscepit. nō diuidu^o s vnus. et i vtroqz vn^o scz diuinitate et corpe. Non em alter ex patre. aliter ex virgine. sed idem aliter ex patre. aliter ex virgine: qui factus est fm nostre susceptione nature. nō fm etne substātia vite. quē legimus primogenituz et vni genituz. Primogenitum: quia nemo ante ipsum. Unigenitū: quia nemo post ipsum Ex his euident^o tradit q intelligentia accipiendū sit cū dicat christus factus. vel sim plicit^o vel cuz addit amēto: vt factura. s. vel creatura nō ad assumēte deū. s ad assumptū hoiez referat. In deo em creatura esse nō pōt: vt Ambro. ait. j. lib. de trini. Nun quid dico factus est xps? Nunqd manda to creatus est christ^o? Quomodo aut crea tura esse in deo potest. Et eni deus nature

Ambrosi^o

Ambrosi^o

simplicis est non iuncte atq; cōpōste. cui nihil accidat: sed solū qđ diuinū est i natura habeat sua. Et si ergo chāst? fm hoiem dicit creatura. nō tñ simpliciter p̄dicāndus ē creatura. Nec ex eo qđ xps fm hoiez dicit creatura pōt quis p̄gredi sic argumētādo Si fm qđ homo xps est creatura. vel rationalis vel non. vel que est deus vel non. nō tñ p hoc pbare xpm esse aliquid non diuinū. quia quod ipse ē fm hominē ipse est. Et ideo si fm hominē est aliqua substantia nō diuina: est utiq; aliquid nō diuinū. Et ex tropicis locutiōibus non est recta argumentationis p̄cessio. Illa autē locutio tropica est qua xps dicit creatura. vel simpliciter vel cum adiunctione.

Ista est distinctio vndecima huius tertij libri. In q̄ magister postq̄ egit d̄ p̄ditionibus consequētib; ex actu vnionis ad dignitatem persone pertinetibus. agit de conditionibus ad defectus spectantibus. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit xpm nō debere dici creaturā simpliciter absolute. Secundo ostēdit qđ p̄t dici creaturā cū certa tñ determinatione Tertio autē excludit obiectiones que possent fieri in cōtrariū. Prīmū vsq; ibi. Vis alijq;. Secundo vsq; ibi. Et si ergo xps. Tertius vsq; ad fidem distinctionis. In speciali sentētia magistri stat in tribus p̄positionibus. quarū prima ē hec. Licet p̄sona verbi sit hypostatice in humana natura. absolute tamen loquēdo xps nō est creatura. Hanc magister insinuat querit. vtrū sit cōcedendū qđ chāstus debeat dici factus vel creatus vel creatura. Ad quam questionem respondendo dicit. qđ nullo modo simpliciter debet dici qđ sit factus vel creatus vel creatura. qđ diuersis sanctorū autoritatibus p̄bat in lra. quorum quidam dicunt. Ex quo p̄ ipsum facta sunt oīa. non potest dici factus. et p̄ consequens nec creatura. Alij vō dicunt. Si ipse fuisset creatura. mandatum sibi fuisset euangelij p̄dicare. cum in euangelio dicitur. P̄dicare euangelij omni creaturę. Alij vero asserunt. Si cēt creatura esset subiectus vanitati. cū apostolus dicat omnē creaturaz vanitati cēt subiecta. q̄ omnia absurda sunt. et per consequens simpliciter loquēdo xps nō est creatura. Secūda p̄positio ē hec. Quāuis simpliciter loquendo non sit p̄cedendum. xps est factus vel creatura. pōt tñ hec p̄positio concedi cum determinatione sumpta. s. dicendo sic. chāst? fm naturā assumptaz est creatura. vel xps fm qđ homo incepit cēt. Quod p̄bat diuersis sanctorū autoritatibus. Tertio p̄posito est hec. Quāuis sit p̄cedendū qđ xps fm humanaz naturam sit factus vel creatura. ex hoc in ferri non debet qđ sit creatus simpliciter. cum ibi argueretur a locutione in tropi figura. Hec p̄positio patet p hoc qđ arguitur sic. Chāstus fm qđ hō ē creatura. igitur xps est creatura. qđ arguit a p̄positione seu locutione que est in figura tropi. vbi videlicet illud quod ē partis attribuitur toti. qualis modus arguendi non valet. Et tñ in speciali.

An homo ille semp fuerit vel cepit esse.

De predicta DI. XII

querit. vix hō ille cepit esse. vel sp fuerit. sicut simpliciter dicimus xpm vel dei filium sp

fuisse. nec cepisse. De hoc Aug ita inq̄t super Job. habuit aliqui dei filius quōd nōdū habuit idē ipse hō dei filius. quōd nōdū erat hō. Itē idē in eodez. Prius q̄ mūdus esset nec nos eram. nec ipse mediator dei et hominū hō xps iesus. Idem sup ps. Chāst? noster et si forte hō recens ē. tñ ceterū deus. Alij vō legūt qđ puer ille creauit stellas. Et xps dicit se esse p̄ncipium: et esse an Abraā. hīs q̄ alijsq; autoritatibus in nullo resultatē dicim? hoiez illum inq̄tū hō est cepisse. inq̄tū verbum est semp fuisse. hīc enī absq; distinctione non est referenda responsio. Nā et ipse Aug? hōi utiq; distinctione in pluribus locis: dicit p xpm oīa esse facta inq̄tū verbū est. Scdm illud vō qđ hō ē. ipm esse factum et glorificatū. Si qđ ad p̄sonā respicias: p̄fidentē dico hoiem illū sp fuisse. Si vō ad naturā hominis: concede eum cepisse.

Aug sup Jobānez
Augu. sup psal.

Si de alio hoiem assumere potuit vel aliunde qđ d genere Adē.

Bolet etiam queri

vtrum aliu hominē vel aliunde qđ de genere illius Adam deus assumere potuerit? Ad quod sane dici potest ipsum aliaz animā et aliaz carnem potuisse assumere. quia gratia tantuz assumpta est anima illa et caro a verbo dei. Et enī ait Augustinus. In rebus per tempus ortis illa summa gratia est. qđ homo in vnitāte p̄sonę cōiunctus ē deo. Potuit ergo deus aliaz animā et aliaz carnem sumere. et carnem utiq; aliunde qđ de genere Adam. Unde Augustinus in libro. xij. de trinitate. Potuit itaq; de hominem aliunde suscipere: in quo esset mediator dei et hominū. non de genere illius Adam qui peccato suo obligauit gen? humanum. sicut ipsum quem primo creauit. non de genere alicuius creauit. Poterat qđ vel sic vel alio quo vellet mō creare vnum aliū de quo vinceret victor: p̄ oīs. Et melius iudicauit et de ipō qđ victū fuera: genere assumere hoiem p̄ que hois vinceret inimicuz. et tamen ex virgine cuius conceptum spūs nō caro: fides nō libido p̄uenit nec interfuit carnis cōcupiscētia qua cete

Responso.
Augusti.
Augusti.

ri concipiunt qui originale trahunt peccatum. sed credendo non concumbendo facta est secundata virginitas. Ex his aperte ostenditur et aliis et aliunde homines deum assumere potuisse.

Si homo ille potuit peccare vel non esse deus. C

Ideo non immerito queritur. Utrum homo ille potuerit peccare vel non esse deus. Si enim potuit peccare: et potuit damnari. Si potuit damnari: potuit non esse deus. ergo si potuit peccare: potuit non esse deus. quia esse deum et posse velle iniquitatem simul esse nequeunt. Hic distinctione opus est: vtrum de persona an de natura agitur. Si enim de persona agitur manifestum est quod peccare non potuit. nec deus non esse potuit. Si vero de natura: discutiendum est vtrum agat de ea verbo vnita. an de ea tanquam non vnita verbo et tamen entia. id est. an de ea secundum quod fuit vnita verbo an de ea secundum quod esse potuit et non vnita verbo. Non est enim ambiguum animam illam esse vnitam verbo peccare non posse. et est sine ambiguitate verum eadem si esset et non vnita verbo: posset peccare.

Quorundam opinio quod potuerit etiam vnita deo peccare. D

Quidam tamen probare conantur etiam eam vnitam verbo posse peccare. quod libertate arbitrii habet. et ita potest flecti in vtramque partem. quod friuolum est. cum et angeli liberum arbitrium habeant. et tamen gratia a deo sunt confirmati vt peccare nequeant. Quantomagis ergo ille homo cui spiritus est datus sine mensura. Inducunt quoque auctoritates ad probandam idem. Scriptum est enim in libro Sapientie. Qui potuit transgredi et non est transgressus. facere malum et non fecit. Sed hoc accipiendum est secundum membra. vel primum de capite. primum de membris. De capite. non est transgressus. et non fecit malum. De membris. potuit transgredi: et facere malum.

Si deus potuerit assumere hominem in sexu muliebri. E

Solet etiam queri quis curiose a nonnullis. si deus humana naturam potuit assumere secundum muliebrem

sexum. Quidam arbitrantur eum potuisse assumere hominem in femineo sexu vt assumpsit in virili. Sed opportunius atque conuenientius factum est: vt de femina nasceretur et virum assumeret. vt ita vtriusque sexus liberatio ostenderetur. Unde Augustinus in libro xxxiii. que- Augusti.
stionum. hominis liberatio in vtroque sexu debuit apparere. ergo quia vix oportebat suscipere: qui sexus honorabilior est. consequens erat et feminei sexus liberatio. Unde apparet quod ille vir de femina natus est. Sapientia ergo dei que dicit vnigenitus filius homine suscepto in utero et de utero virginis liberationem hominis indicauit.

Ista est distinctio duodecima huius tertij libri. In qua magister postquam inquisit an christus debeat dici creatura: inquit an in ipso fuerint defectus quos natura habet sibi communiter annexos. Et tria facit. Nam primo inquit an assumpsit defectum omnem naturam creatam communiter sequentes. Secundo an assumpsit defectus naturam humanam consequentes specialiter. Tertio an naturam assumere in sexu muliebri potuerit. Primum facit versus ibi. Solet etiam queri. Secundum versus ibi. Solet etiam queri quibus. Tertium versus ad finem distinctio. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Quamuis concedendum sit christum secundum hominem specialiter incepisse. tenendum est tamen ipsum secundum verbum eternaliter fuisse. Hanc magister ponens querit. vix scilicet iste homo secundum christum initium habuit vel semper fuit. sicut filius dei vicinus semper fuisse. Et quod esse incepit arguit sic. Christus esse acquisiuit quod aliquando non habuit. quia non semper homo fuit. igitur esse incepit. In oppositum arguit sic. De christo puero in scriptura legitur. quod manus eius creauerunt stellas. quod quia in principio mundi fuit. igitur christus fuit ante mundum. et per consequens non incepit esse. Ad questionem istam respondens per distinctionem dicit. quod si querit de persona: tunc initium habuit. Secunda propositio est hec. Aliter querit de materia. Adeo christus potuit carnem assumere: quibus peccando non potuit se polluere. Hanc magister ponens querit. vix verbis potuit alium hominem quam assumpsit assumere. qui videlicet non fuisset de primi hominis genere. Et respondet quod sic. quia sicut primum hominem de terra et non alterius hominis genere formauit. sic et nouo modo potuisset hominem formasse et assumpsisse. congruum tamen erat vt de genere Ade assumere homo. vt per eundem per quem homo fuit victus: diabolus victor vinceret. Postea querit an iste homo. scilicet christus potuit peccare. Et arguit quod non. quod si peccare potuisset: damnari potuisset. et sic non fuisset deus. Respondendo dicit quod persona christi peccare non potuit. nec natura humana. nec anima si considerentur. putantur verbo vnita. Si autem considerentur. putantur si eorum vel esse possent non vnita verbo sed separata ab eo: potuit vel posset peccare. Sed contra illud obijcit dupliciter. Primum sic. Natura humana verbo vnita habuit libertatem arbitrii. ideo potuit peccare. Vbi respondendum est: quod non omnes habentes libertatem arbitrii possunt peccare. quod angeli beati habent libertatem arbitrii. et tamen non possunt peccare. et multo minus ipse christus. Unde patet argumentum non valere. Secundo obijcit per auctoritatem scripture que dicit virum beatum qui potuit transgredi et non est trans-

Autoritate videtur ad idem

gressus. Et respondendo dicit q̄ illa autoritas tota intelligenda est de membris xpi. et non de capite. s. xpo. vel prim de membris xpi et prim de xpo. ut videli cet ly ē potuit transgredi intelligat dictū de membris et ly nō transgressus de xpo. Tertia ppositio ē hec Quāuis sit concedendū q̄ christus potuit assumere sexum feminē. est tamen tenendum q̄ sexum virilē assumere de femina est magis congruum. Hanc magister insinuans querit vtrum deus potuit assumere sexum muliebrem. Respondendo autē dicit q̄ sic: sed fuit magis cōueniens et congruū. ut assumeret naturam in sexu virili ex femina. ut p̄ hoc ostēderet vtriq̄ liberationem p̄ xpm esse hēndā. q̄ s̄firmat auctoritate. b. Augustini. Et tñ in sp̄ali.

Si xps fm naturā hoīs in sapientia et gratia, pficere potuit vel p̄ fecit.

DI. XIII

Reterea scien

P dum est xpm fm hominē ab ipsa conceptione gr̄e plenitudinē recepisse. cui spūs datus est non ad mensuram. et in quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Ita x̄o habitat. ut ait Aug. ad Bardanū. q̄ omni gr̄a plenus est. Non ita habitat in sanctis vt in n̄ro corpe inest sensus singulis membris. sed nō q̄tū in capite. Ibi enī et visus est et auditus. et olfactus et gustus et tactus. In ceteris autē solus est tactus. Ita in x̄o habitat oīs plenitudo diuinitatis. q̄ ille est caput in quo sunt omnes sensus. in sanctis x̄o quasi solus est tactus. q̄bus datus est spūs ad mensuram cum de illius plenitudine acceperit. Acceperit autē de illius plenitudine nō fm essentiam: sed fm similitudinē. q̄ nunq̄ illā eandem essentialiter: sed similitē acceperit gr̄a. Puer ergo ille plenus sapia et gratia fuit ab ipsa conceptione. Unde hiere. recte dicit. Nouū faciet dñs sup terram. miser circūdabit virū. q̄ in vtero yginis p̄fectus vir extitit. non solum p̄pter animā et carnem: sed etiam p̄pter sapiam et gr̄am q̄ plenus erat.

Autoritatem ponit que videt obuiare.

Huic autem sentē

tie videt obuiare qd̄ in Luce euangelio legitur. Iesus pficiebat sapientia et etate et gratia apud deū et homines. Si enī pficiebat sapientia et gr̄a. non videt a p̄ceptione habuisse plenitudinem gratie sine mensura. Ad quod sane dici pot̄ ipm fm hoiez tan-

tam a p̄ceptione accepisse sapientie et gratie plenitudinē vt deus ei plenus p̄ferre nō potuerit. et tñ vere dicit p̄fecisse sapia et gr̄a. non q̄dem in se: sed in alijs q̄ de eius sapientia et gratia pficiebant. dum eis sapientie et gratie munera fm p̄cessum etatis magis ac magis patefaciebat. Unde Grego. in quadam omel. ait. Juxta hominis naturam pficiebat sapia. nō q̄ ipse sapientior esset ex tēpore. q̄ a p̄ma p̄ceptionis hora spūs sapientie plenius p̄manebat. sed eandem q̄ plenus erat sapientiam ceteris ex tpe paulatim demonstrabat. Juxta hoīs naturā pficiebat etate de infantia ad iuuentutem. Juxta hoīs naturam pficiebat gr̄a. nō ipse qd̄ non habebat p̄ accessum t̄pis accipiēdo: sed p̄ dendo donum gr̄e qd̄ habebat. Apd̄ deū et homines pficiebat. q̄ q̄tum pficiēte etate patefaciebat hominibus dona gratie que sibi inerant et sapientie. tñ eos ad laudem dei excitabat. et sic deo patri ad laudem dei et hominibus ad salutem pficiebat. In alijs q̄ non in se pficiebat sapientia et gr̄a. An i eodem euangelio. puer ille sapientia plenus et gr̄a p̄hibetur. Sic ergo dicit p̄fecisse sapientia et gratia vt aliquis rector ecclesiasticus dicit pficere in cura sibi tradita. cū p̄ eius industriam alij pficiūt.

Grego.

Predictis videt aduersari quod Ambrosius ait.

Alibi tamē scriptū

reperit q̄ fm sensum hominis p̄fecerit sicut etate hominis p̄fecit. Ait enī Amb. in lib. de spūs sancto sic. Deus p̄fectionez nature suscepit humane. Suscepit sensus hominis: sed nō sensu carnis fuit inflatus. Sensu hoīs animā dixit conturbatā. sensu hominis esuriuit et rogauit. sensu hoīs proficit sicut scriptū est. Iesus pficiebat etate et sapientia et gratia. Quō pficiebat sapientia dei: p̄fectus etatis. et p̄fectus sapientie: non diuine: sed humane nature ē. Ido etatem cōmemorauit. vt fm homiez crederes dictum. Etas enī nō diuinitatis: sed corporis ē. Ergo si pficiebat etate hominis pficiebat sapientia hominis. Sensus autē p̄fecit. q̄ sensus ideo sapientia. Quis sensus pficiebat? Si humanus ergo susceptus est ipse. Si diuinus. ergo mutabilis p̄fectus. Quō enī pficit mutat in melius. sed qd̄ diuinum est nō mutat. Quō q̄ mutat: nō est diuinus. Sensus ergo pficiebat humanus. S. Sum

Ambro.

De duobus sensibus xpi scz gemina sapientia.

Quō d̄ plenitudo diuinitatis habitare in x̄o. Quō intelligat de plenitudine ei acceperimus.

Determinatio auctoritatis.

ergo suscepit humanū. Nec poterat cōfor-
tari virtus dei. nec crescere de^o. nec altitu-
do sapientie dei impleri. Que g̃ implebat
non erat dei: sed nostra sapientia. Nā quō
implebat. qui vt omnia impleret descendit.
Per quem aut̃ sensum dixit Esa. q̃ patrē
nesciebat puer aut matrem. Scriptum est
em̃. Priusq̃ sciat puer patrem aut matrem:
accipiet spolia samarie. Sapientia em̃ dei
futura et occulta non fallunt. Expers autē
agnitiōis infantia. p̃ humanaz vtq̃ ipru-
dentiam quod adhuc non didicit ignorat.
Sed verendū est inq̃ ne si duos principa-
les sensus aut geminaz sapientiam xp̃o tri-
buimus. xp̃m diuidamus. Nunqd̃ cum et
diuinitatem eius et carnē adoramus: xp̃m
diuidimus? Nunqd̃ cum in eo imaginem
dei crucemq̃ veneramus: diuidimus euz?
Apl̃s certe q̃ de eo dixit. Qm̃ et si crucifixus
est ex infirmitate n̄ra: viuit t̄m ex virtute dei
Ipe dixit qz nō diuisus est xp̃s. Nunquid
etiam cum dicim⁹. qz aiā rōnalem et intel-
lectus nostri suscepit capacem: diuidimus
eū. Non em̃ ipe deus v̄bum. p̃ aiā rationa-
li et intellectus capaci in carne sua fuit. sed
animā rationalē et intellectus capace. et ip-
sam humanā et eiusdem substantie. cui⁹ no-
stre sunt anime et carnem n̄re similit̄ eiusdez
qz cuius caro est nostre substantie suscipiēs
p̃fectus etiam hō fuit.

De intelligentia premissorum ver-
borum. D

Hec v̄ba Ambro

si pia diligentia inspicienda sunt q̃ ex par-
te hominis ignorantiam instruūt et illumi-
nant. ex parte errandi fomitem male intel-
lecta ministrant. His etenim euident̄ tradit̄
duos in xp̃o esse p̄ncipales sensus siue ge-
minam sapiam. Neqz ideo vnitas et singu-
laritas p̄sone diuidit̄. Sed iuxta duas na-
curas duas h̄z sapientias. vnā nō creataz:
sed genitā. que i pe est. alterā nō genitā: sed
creatā. et p̃ gratiam ei collatā. Naz Esa. de
eo p̄testat̄. Requiescet sup eum sp̄s sapi-
entie et intellectus r̄e. Sp̄s ergo sapientie
et intellectus. id est sapientia et intelligētia
p̃ sp̄m sanctum gratis data. xp̃s erat sapi-
ens fm animā. Scdm̄ deū v̄o sapiens erat
sapientia eterna: que deus est. Et sicut in-
q̃tum de^o est. bonus est bonitate naturali
q̃ ipe est. et iustus iusticia naturali q̃ ipe ē.
Ita sapiens sapientia naturali q̃ ipe est. Na

De gemina
xp̃i sapientia
genita et crea-
ta.

vo eius sicut bona est et iusta bonitate vel
iusticia gratis data. que ipe vel ipa nō est
ita est sapiens sapientia gratis data. q̃ ipa
non est. Et licet gemina in xp̃o sit sapientia
vna tamē eademqz p̄sona est. que inq̃tum
deus est: et inq̃tum natura diuina est. sapi-
ens est sapientia ingenta. s. sapientia eter-
na que est pater. et sapientia que non est in-
genita que communis est tribus personis.
non t̄m gemina sapientia. qz non est alia et
alia sapientia sapientie ingenta. que tantū
filius est. et sapientia que cōmuniter pater
est et filius et sp̄s sanctus. Inq̃tum v̄o ea-
dem p̄sona est homo. i. fm̄ hoiez acceptuz
vel inq̃tum est subsistens ex aiā et carne
sapiens est sapientia gratuita. Sapiens er-
go est humano sensu et diuino.

Quō intelligendū sit illud sensus
p̄ficiēbat humanus. e

Sed ex qua causa

illius dicti intelligentia. s. sensus p̄ficiēbat
humanus: assumenda est. Ap̄te em̃ videt̄
Ambro. innuere q̃ fm̄ humanum sensum
christus p̄fecerit. et q̃ infantia eius expers
cognitionis fuerit. et patrem et matrē igno-
rauerit. quod nec ecclesia recipit nec p̄mis-
se autoritates patiunt̄ sic intelligi. Sed ita
sane potest accipi vt q̃ntuz ad v̄sum homi-
num et sui sensus ostensionem xp̃s p̄fecisse
dicat̄. p̄ficiēbat ergo humanus sensus
in eo fm̄ ostensionē et aliozū hoim̄ opinio-
nem. Ita etiam patrem et matrem dicitur
ignorasse in infantia. qz ita se habebat et ge-
rebat ac si agnitionis expers esset.

Ista est distinctio tredecia huius
tertij libi. In qua magister postq̃ egit de conditio-
nibus consequentibus ex actu vnionis. Incipit tra-
ctare de donis nature assumpte in ip̄o actu vnionis
collans. Et tria facit. Nam p̄mo ostendit plenitudi-
nem p̄fectionis xp̃i q̃ntum ad gratiam: affect⁹ et scien-
tiam intellectus. Secdo obijcit in contrariū p̄ autori-
tatez canonis et soluit. Tertio replicat p̄ autoritates
sanctorū quas exponit. Primū vsqz ibi. Duic autem
sentētie. Scdm̄ vsqz ibi. Alibi t̄m scriptuz. Tertium
vsqz ad finem distinctiōis. In sp̄iali sententia m̄gr̄i
stat in trit⁹ p̄positiōib⁹ q̃rū p̄ma ē hec. Ab hora sue
p̄ceptiōis fuit in xp̃o gr̄e et sc̄ie plenitudo. Nāc m̄gr̄
insinuans p̄ponit q̃ xp̃o fuit datus sp̄s nō ad men-
suram. vt dicitur Johan. iij. Et apostolus ad Co 1.
ij. dicit plenitudinem diuinitatis temporaliter habi-
tasse in xp̃o. Et subdit q̃ quibz alij sancti dicat̄ etiam
fuisse pleni gr̄a seu p̄fecti in sc̄ia. sc̄e t̄m in xp̃o et de
eio. Ad ostendit p̄ se. Nam sicut in capite humani
corpis sunt oēs sensus. In ceteris aut̄ mēbris et solū

sensus tactus. sic in xpo est plenitudo gr̄e sicut in omni capite. In alijs vero sanctis est gratia sicut sensus tactus in membris sub capite. qz de plenitudine christi omnes quod habent receperunt. non tñ illa gr̄am essentialit̄ que in xpo est: sed quodammodo consumit̄. Secūda ppositio est hec. Christus p̄fuisse sapiētia non dicit nisi solū q̄tum ad exteriorē effectus sapiētie ostensionē. Hanc mgr̄ ponens obijcit contra p̄dicta sic dicens. Si xps ab initio sue cōceptionis tantam habuit donosā plenitudinē scientie et gr̄e. quomodo tunc verū est q̄ p̄ficebat sciētia. etate et gratia. ut dicit scriptura? Et r̄ndit q̄ xps ab initio sue cōceptionis tāta habuit donosā plenitudinē q̄ amplius recipere capax nō fuit. Scriptura tñ que ip̄m sapiētia etate et gratia p̄fuisse asserit. non vult dicere q̄ sapiētia et gratia fm̄ ip̄s p̄cessum sunt aucte i xpo sed dicere intendit q̄ sicut xps temporaliter in etate p̄ficebat. ita dicta dona in initio sue cōceptionis sibi collata ad salutem hominū ostendebat. unde patet q̄ p̄ficebat alijs et non sibi. sicut rector ecclesiasticus dicit p̄fice in cura sibi tradita alijs p̄ficientibus p̄ ip̄m. Tertia ppositio est hec. Scdm̄ duplicē quam xps habuit sciētia nō p̄ficit nisi solū fm̄ hominum op̄tionē seu exteriorē apparentiā. Hanc mgr̄ instans obijcit contra p̄dicta cuiusmodi fuit q̄ xps in huius donis nō p̄ficit. et p̄ autoritatem Amb. di. in xpo fuisse duplicem sensum seu sapiētia. sc̄. creatam et increatā. et q̄ xps sapia creata seu sensu hominis p̄ficebat sicut etatis incrementū sumpsit. hoc p̄bat etiam q̄ hoc q̄ in Eia. dicit. Et puer anteq̄ nosceret p̄rem vel matrem accepit spolia samarie. Sed magister respondendo dicit q̄ autoritas. b. Amb. qua dicitur cri sum p̄fuisse sensu hominis non est aliter intelligenda q̄ p̄ficeret fm̄ op̄tionē. et q̄ dicitur patrem et matrem ignorasse. dicit non aliter esse intelligendum nisi q̄ similitudinariē ad modū ignorantis se habuit. sic nō p̄ficit nisi fm̄ exteriorē apparentiā. Et tñ in sp̄ali.

Si anima xpi habuerit sapientia parem cu deo. et si omnia scit que deus.

Queritur opus

est cum anima xpi esset sapiens sapientia gratuita. vtrū habuerit sapientiam equalem deo siue om̄ reruz sciētia habuerit vel habeat. i. vtruz oia sciat q̄ deus scit? Quibusdam placet q̄ nec parem cū deo habeat sciētia: nec oia sciat q̄ deus. qz in nullo creatura equat̄ creatori. Lū q̄ anima illa creatura sit. in nullo equat̄ creatori. ergo nec in sapiētia. Non ergo habz equalem cum deo sapiētia: nec scit omnia q̄ deus. Item si anima illa equalem habz cū deo sapiētia. non ergo deus in omni bono maiorem habet sufficiētia q̄ eius creatura. Iudicant etiam autoritates ad idē p̄bandum. Aut em̄ p̄pheta ex persona hominis assumpti. Mirabilis facta est sciētia tua ex me. et non potero ad eam. Ad exponens Cassiodorus ait. Veritas huma-

ne conditionis ostendit. qz assumptus homo diuine substantie nō pōt equari vel in sciētia vel in alio. Ap̄ls etiam ait. Nemo nouit que sunt dei nisi spiritus dei. q̄ solus scrutat̄ oia etiam p̄funda dei. His alijsq̄ pluribus rationibus et autoritatibus nititur qui animam xpi asserunt nec parē cum deo habere sciētia. nec omnia scire q̄ deus scit. Quia si oia scit que deus. Scit q̄ creare mundū. scit etiam creare seip̄m.

Responsio questionis diffinitiuā continens sententiā.

Quibus respondentes

dicimus aiā xpi p̄ sapiētia gratis datam in verbo dei cui vnita est. qd̄ etiam p̄fecte intelligit omnia scire que deus scit. sed nō omnia posse que potest deus. nec ita clare et p̄spicue oia caput vt deus. et iō non equat̄ creatori suo in sciētia. Et si oia sciat q̄ et ip̄e. nec est eius sapiētia equalis sapiētie dei. qz si illa multo ē dignior. digniusq̄ et p̄fectius oia caput q̄ illius aime sapiētia. ergo et in sciētia maiorem hz sufficiētia deus q̄ anima illa q̄ dignior est omni creatura. Illud vō apostoli quod inducunt. Nemo nouit que dei sunt: nisi spiritus dei qui solus scrutat̄ omnia p̄ nobis facit. Hec em̄ addidit ap̄ls. nos aut̄ spiritus dei habemus. vt p̄ sp̄m̄ dei quez habebat p̄funda se scire ostenderet. Sed anima illa p̄ omnibus sp̄m̄ dei habuit cui sp̄s non est datus ad mensuram. vt ait Jobes euāgelista. Bona ergo sp̄s sancti sine mensura habuit. ergo et sapiētia. Omnia ergo sciuit anima illa. Si enim quedam sciuit: q̄ dam non. non sine mensura sciētia habuit. Sed sine mensura sciētia habuit. Scit ergo omnia. Fulgentius etiam in sermone quodam multa inducit quibus asserit animam illā rerū omniū sciētia habere vtēs autoritate apostoli dicentis. In quo sunt omnes thesauri sapiētie et sciētie absconditi. Ad etiam ratione pōt p̄bari sic. Nichil scit aliquis quod eius anima ignorat. Sed xps fm̄ om̄ concessionem omnia scit. q̄ anima eius omnia scit. Ad id vō qd̄ dicit si omnia scit. ergo scit creare mundū vel seip̄m. Respondemus q̄ sciētia hz mundum creandi. sed non potentiam et creandi animam. et scit quomodo deus seip̄m creauit. habet ergo sciētia sui create. sed non

DI. XIII.
Opinio quorundam Respondentes inducunt. Cassio.

fui creande. qz nō est creanda sed creata.

Quare deus non dedit ei potētā oim vt sciam.

Si vero queritur

quare deus non dederit ei potētā faciendi oia vt sciam? Responderi potest. qā naturaliter capax est scientie. et ideo id pgrue ei datū est sine mensura. cuius ipsa naturaliter capax est. Non est autē ei datum posse omnia facere que deus facit. ne omnipotens et p hoc deus putaret. Verū tamen forte nec potētā faciendi oia ei deus p̄stare potuit. et si potētā faciendi aliqua que nō facere potest. Scit ergo anima xp̄i omnia q̄ deus scit in verbo dei. quod liquidius et p̄sentius omni creatura contēplaf vt ei vnita. in quo etiam angeli et que dei sunt et que futura sunt cognoscunt.

Quō intelligenda sint quedā verba Ambrosij sup Lucam.

Sed si illa aīa non

habet tantā potētiam: quantam et deus. nec homo assumptus tantam potētā q̄tam et deus. quomō ergo intelligitur illud Ambrosij super Lucam vbi angelus de nascituro filio virginis ait. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. Non ideo inquit erit magnus. q̄ ante partum virginis magnus non fuerit. sed qz potētā quam dei filius naturaliter habz homo erat ex tēpore accepturus. vt vna sit persona hō et de. Ecce apte dicit q̄ homo erat accepturus ex tempore potētiam. quam dei filius habuit naturaliter. Sed si homo accepturus erat illam potētiam. ergo vel persona vel natura hominis. Sed p̄sona nō: qz sp̄s habuit et habet. ergo natura. Si natura: ergo anima. Nam de carne constat q̄ accipere non posset. Ad quod dicimus illud esse accipiendum de p̄sona: sed non inq̄tum est dei. imo inq̄tum est p̄sona hominis. Vna ē enī p̄sona dei et hominis. et filij dei et filij hominis. Que inq̄tum dei p̄sona est. semp et naturaliter omnipotētā habuit. s̄ inq̄tū est hominis: non semp fuit. Illa ergo p̄sona que semp fuerat dei. futura erat hoīs p̄sona. et p̄m hoc q̄ futura erat hominis p̄sona. acceptura erat ex tpe potētā quam

naturaliter est semper habuerat inq̄tum dei p̄sona. Scdm hanc distinctionem illz et similia sane possunt accipi Que distinctio in pluribus questionum articul est necessaria aduersus quorūdam p̄plexam verbositatem. Sed cum de rebus constat. in verbis frustra habet controuersia.

Ista est distinctio decimaquarta huius tertij libri. In qua mgr postq̄ egit de plenitudine p̄fectionis xp̄i quantum ad gratiam et scientiā. comparat p̄fectionem inq̄tum est hominis ad diuinā. Et tria facit. Nam p̄mo inquirat an xp̄i anima sciat omnia que scit deus. Secundo quare anima christi non habeat omnipotētiam sicut habet omniscientiam. Tertio excludit quandam obiectionem in contrarium factam. Primum facit vsqz ibi. Si hō p̄rif. Secundū vsqz ibi. Sed si anima illa. Tertium vsqz ad finem distinctionis. In speciali sententia magistrī stat in tribus p̄positionibus quarum p̄ma est hec. Licet pater dedit x̄po p̄m aliam omnem sciāz. eūdem tamen cōmunicare non potuit omnipotētā. Hanc magister ponens querit. An anima christi habeat scientiam seu potētā equalem deo. et vtrum alia xp̄i scit omnia que scit deus? Et respondendo dicit: q̄ p̄m quorūdam opinionem anima xp̄i non hz equalem sapientiam cum deo: nec scit omnia que scit deus. eo q̄ anima xp̄i sit creatura. et nulla creatura sit equalis deo. vel possit equari deo. Et confirmat hoc auctoritate Cassiodori qua dicit. q̄ si aīa christi sciret omnia que scit deus. sequerē q̄ sciret seipam: imo totum mundū creare. cum hoc sciat deus. sed hoc ē absurdum. ergo ex quo sequitur. Postea ponit magistrī opinionem. p̄p̄tiam dicens animam xp̄i p̄ sapientiam sibi gratis collatā in verbo cui vnita est scire omnia que scit deus. Et subdit q̄ quis sciat omnia que deus scit. non tamen potest omnia que deus potest. Ex ista tñ omniū scientia anima christi non equalis scire dei. qz anima xp̄i nō ita clare sciōm nīa sicut deus. Et etiā licet equalis scire dei: quo ad numerū scitorū. non tñ equalis sibi in modo sciedī. Qd̄ autē ap̄tus dicit. Nemo nouit que sunt dei: nisi sp̄s dei. Istis dicitis non obstat: imo arguit p̄positum. qz intelligit de sp̄s qui datus est x̄po non ad mensuram. Etiam mgr p̄bat p̄positum suum tali ratione. Nullus aliqd̄ scit: qd̄ aīa eius ignorat. sed christus p̄m omēs doctores scit omnia. igitur eius aīa scit omnia. Ad argumētū oppositū oppositōis quo dicit q̄ si aīa xp̄i sciret oia. sciret creare mundū et seipam. Responder etenī q̄ anima xp̄i hz scientiā creandi. s̄ non potētā. qz scit quō mundus est creatus et se esse creatū et nō creandū. Secda p̄positio est hec. Concedimus catholice xp̄i animā non habuisse omnipotētiam. Dec p̄positio est scda p̄s p̄positionis p̄mississe quam mgr insinuans querit. Cur aīa xp̄i nō hz potētā oia faciēdi sicut potētā oia cognoscēdi? Et r̄sder q̄ hoc ē id. qz fuit naturalit̄ capax ois scie. nō tñ ois potētie. Tertia p̄positio est hec. Mgr p̄cedit q̄ dei fili⁹ p̄m q̄ hō omnipotētā q̄n q̄ accepit. Hāc mgr insinuat auctoritate Ambrosij dicentis super illo vbo Lu. j. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. dicit magnus erit. qz potētā quā fili⁹ dei naturalit̄ hz. hō erat ex tpe acceptus. Ex ista auctoritate arguit sic. Si hō erat illam potētā acceptus: vel igit p̄sona vel natura. non p̄sona. quia illa habz et semper habuit sapientiam illā. igitur natura. et p̄ consequens anima. cum caro talis potētie nō sit ca-

par. Et ridet qd ly ho in autoritate illa supponit p
p fona xpi no inqum est p fona dei: s; hois. que tñ
vna z eadē est. sed sicut dicit p fona filij dei que sem
per fuit hō. p fona in tempe esse cepit. Sic p fona filij
in qum erat futura p fona hois. erat potentia illam
ex tpe acceptura. tñ naturalis q; habuit z p fona cri
sti omnipotentiam quodammodo accepit. Et tantum
in spēali.

De hois defectib; quos assumpsit
xps in humana natura.

DI.XV

Illud quoq;

ptermittendū non est qd dei fi
lius naturam hois accepit
passibilem. animam passibile

carnem passibile z mortalem. Et enim pro
baref verum corpus habere: suscepit defe
ctus corpis. famez. sitim z hmōi. Et vt ve
ram aiām pbaref habere: suscepit defect;
anime. s. tristitiā. timorē. dolo: em z hmōi.
Omīis aut sensus anime est. Non enīz caro
sentit: sed anima vtens corpe velut instru
mento. Unde Aug. sup Gen. in lib. xij.
Non corpus sentit: sed anima p corp; quo
velut nuncio vti ad confirmandū in seipā
quod extrinsecus nunciāf. Sicut ergo ani
ma qd foris est p corpus tanq; p instrumē
tum videt z audit. ita etiam p corpus que
dam sentit mala que sine corpe non sentiret

Aug. III. de
tri. de homi
nis defectib;
quos assum
ptus xpus i
hūana natu
ra.

vt famem z sitim z hmōi. Unde non imeri
to defectus corporis dicunt. Quedam au
tem p corpus imo etiaz sine corpe sentit. vt
est timor z hmōi. Sentit g; anima dolores.
sed quosdam p instrumentū corpis: quos
dam no non. Suscepit aut xps hūc verā na
turam hois ita z veros defectus hois
sed nō omnes. Assumpsit enī defectus pe
ne: sed non culpe. Nec tñ omnes defectus
pene: sed eos omnes quos homi cū assume
re expediebat z sue dignitati nō derogabat
Sicut enī ppter hoīem hō factus est. ita p
pter eū hoīis defectus suscepit. Suscepit
enī de nro: vt de suo nobis tribueret vt no
strum to leret defectū. Suscepit enī nostrā
vetustatem: vt suā nobis infunderet noui
tatem. Simplā ille accepit vetustatē. i. pe
ne. vt nraz duplā psumeret. i. pene z culpe.

Qualiter accipiendū sit illud qd
ait Leo papa.

Tradit autoritas

q dñs noster in se suscepit oīa infirmitatis
nostre. pter peccatū: qd nisi accipiat dē illi

tñ q cū sumere p nob oportuit. nec dede
cuit. falsum esse pbabit. Non enī assūpsit
ignorantiā aliquā. cum sit ignorantia qdaz
que defectus est nec pctm est. s. ignorantia
inuincibil. Nam vincibil peccatuz est. Si
tñ de his est que nobis expedit scire. Sūt
enī qdam quozū scientia nō affert vel igno
rantia nō impedit salutē. z forte taliū reruz
ignorantia defectus nō est. Cōstat aut no
bis esse ignorantia atq; difficultatē volēdi
vel faciendi bonū. que ad miserā nostram
ptinent. Un Aug. in li. iij. de lib. arbitrio.
Approbare inq; falsa p veris: vt erret inui
tus z resistente atq; torquēte dolore carnal
vinculi non posse a libidinosis opib; tem
pare. nō est natura instituti hois: sed pena
damnati. Ex qua miseria peccatib; iustissi
me inflicta liberat dei gratia. q; sponte ho
mo libero arbitrio cadere potuit: non etiaz
surgere. Ad quā miserā ptinet ignorantia
z difficultas quā patit oīs hō ab exordio
natiuitat; sue. nec ab isto malo q; nisi grā
dei liberat. Ecce euidēt dicit hic Aug.
ignorantiā q; q; inuitus falsa p veris ap
probat. z difficultatē q; nō pōt se tpare a ma
lo. ad miserā nram ptinere. z penā esse ho
minis. Hec aut xps nō habuit. Nō g; acce
pit omnes defectus nre infirmitatis pter
peccatū.

Augusti .

Ignorantia talis et difficultas
non sit peccatū.

Sed forte aliquis

dicet illa esse peccatū. Cui obuiat illud qd
Aug. tradere vidē B. s. deū inculpabiliter
an pctm in exordio pditōis hoī potuisse i
dere vt essent ei naturalia. ita in li. retract.
inquiens. Ignorantia z difficultas etiaz si
essent hoīs pmordia naturalia Nec sic ef
set culpandus deus: sed laudādus. Sed si
hoc hō in pmordio naturalit; habuisset. nū
qd essent in eo defectus z pene? Si defect;
vt pena ei indita fuisset an pctm: iniuste cū
eo agi videret si an culpam sentiret penam
Ob hoc sane dicimus illa nō fuisse defect;
vt penas si naturalit; homi infuissent. sicut
nō fuit hoī an pctm nondum grām adepto
defectus siue pena non posse pficere. Sed
postq; grām recepit p quaz pficere potuit
z ad tps pfecit. eamq; culpa sua post ami
sit. simulq; pficiendi facultatē pdidit. defe
ctus fuit ei z pena nō posse pficere. s. malū
declinare z bonum facere. Omnes g; defe
ctus nostros suscepit xps pter peccatū qd

Augusti .

ei cōueniebat suscipere et nobis expediebat. Sunt enim p̄a egritudinū genera et corporū vitia. a quibus omnino immunis extitit. Quos enim defectus habuit. v̄l ad ostensionem vere hūanitatē vt timorē et tristitiā. vel ad impletionē op̄is ad quod venerat. vt passibilitatē et mortalitatē. v̄l ab immortalitatis desperationē spem nr̄am erigēdā vt mortem suscepit. Hos autē defectus nō p̄ditōis sue necessitate: s̄ miserationis voluntate suscepit. Quos quidem habuit defectus sicut et nos: s̄ nō eadē cā. Hos enim ex pctō originali hos defectus trahimus. sicut ap̄ls in sinu ar dicēs. Corpus quodē p̄p̄ pctū mortuum est. i. necessitatem moriendi habuit in se. Christus autē non ex pctō hūmōi habuit defectus. quia sine pctō est conceptus et natus et in terrā conuersatus. Sed ex sola miserationis voluntate de nostro in se transtulit veram infirmitatem sicut accepit veram carnē quam sine omni infirmitate assumere potuit: sic absque culpa eandem suscepit.

Autoritatibus p̄bat x̄pm s̄m hominē vere dolores sensisse et timuisse cōtra quosdā hoc negātes. d

Bed q̄ nōnulli de

sensu in passione hūanitatē x̄pi male sensisse inueniunt. asserentes similitudinē atq̄ imaginem passionis et doloris x̄pm hominem ptulisse. s̄ nullū omnino dolorem vel passionē sensisse. Autoritatum testimonij eos vincētes indubitabile faciam quod supra diximus. Propheta Esaias dicit. Vere lāguores nr̄os ip̄e tulit. et dolores nr̄os ip̄e portauit. Et veritas ip̄a in euāgelio ait. Tristis est anima mea vsq̄ ad mortē. vbi etiam legitur. Cepit Iesus pauere et tedere. Propheta etiā ex p̄sona x̄pi ait. Repleta est malis anima mea. Quod exponēs Aug⁹. inq̄t. Nō vitijs et peccatis: s̄ humanis malis id est dolorib⁹ repleta fuit aia x̄pi quā ipsa cōpatit̄ carnī. Nō enim dolor corporis potest esse sine aia. Dolere autē aia etiā nō dolēte corpore potest. Hos autē hūane infirmitatis affectus. sicut ip̄am carnē ac mortē nō p̄ditōis necessitate: s̄ miserationis voluntate suscepit. Ambrosius etiam in li. iij. de tri. ait. Scriptum est. Ipsi si possibile est trāseat a me calix iste. Timet q̄ x̄ps. et dum Petrus nō timet Christus timet. Petrus dixit. Aiam meā ponā p̄ te. Christus dicit. Anima mea turbatur. Atq̄ verū est et ratiois plenū q̄ et ille q̄

Quia sola voluntate hos defectus suscipit nō necessitate conditionis

Ambrosius.

est inferior nō timet. et ille q̄ superior est gerit timētis affectū. Idem in eodem. Et homo turbatur. vt hō flet. vt homo crucifigitur. p̄ naturam hoīs et tediavit et resurrexit. Nō turbatur eius virtus. Non turbatur eius diuinitas: sed turbatur anima. s̄m humane fragilitatis assumptionem turbatur. Nam q̄ suscipit animam. suscipit etiam aie passionem. Non enim eo quod deus erat aut turbari aut mori. Idē in eodem. Suscepit tristitiā meam. p̄sentit tristitiā nomino q̄ crucem predicō. Et hō habuit tristitiā quam in eo suscepit affectu. mihi compatit̄. mihi tristis est. mihi dolet. Ergo p̄ me et in me doluit: q̄ p̄ se nihil habuit quod doleret. Dolet igitur domine Iesu vulnera mea non tua. quia tu non p̄ te: sed pro me doles. Hieronymus q̄ in explanatione fide ait. Nos ita dicimus hominem passibilem a deo filio susceptum: vt deitas impassibilis p̄maneret. Passus est enim filius dei non putatiue. sed vere omnia que scriptura testatur. s̄m illud quod pati poterat. s̄m subam assumptam. Licet ergo p̄sona filij susceperit passibilem hominem. ita tamen eius habitatione s̄m subam suam nil passa est. vt tota trinitas quā impassibilem necesse est confiteri. His alijsq̄ autoritatibus p̄spicuum fit x̄pm vere passibilem assumpsisse hominē. atq̄ in eo defectus et affectus nostre infirmitatis suscepisse. sed voluntate non necessitate conditionis.

Hic ponit que p̄dictis aduersari vident. e

Quedam tamē re-

periunt in sanctorū tractatibus que p̄missis aduersari videntur. Nam sup̄ illū locū psal. Clamaui et non exaudies Aug⁹. tradere videt̄ x̄pm nec vere timuisse. nec vere tristatum esse dicens sic. Quomodo hic dicit Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. sed de nobis corpe suo hō dicit. Corporis enim sui. id est ecclesie gerebat personam. sicut et alibi cū dicit. Trāseat a me calix iste. p̄ nobis loquitur. nisi forte putatur timuisse mori. sed non vere timebat dominus pati tertia die resurrecturus. cum arderet Paulus dissolui et esse cū christo. Non enim fortior est miles q̄ imperator. Miles enim coronandus gaudet mori. et dominus coronaturus timet mortem. Sed infirmitatem nostram representans p̄ suis infirmis qui timēt mori hō dixit. Mor

hōro.

Augustinus.

Hiero. super euangelium. illorum erat. Hiero. etiam ait. Erubescant qui putant saluatore timuisse morte et passionis pauore dixisse. transeat a me calix iste

De auct in sacris li-

teris aliqua aduersa diuersitas esse putet haru auctoritatu verba in hunc modu accipienda dicimus. vt no veritate timoris et tristicie vel ppassione sed timoris et tristicie necessitate et passionem a christo remouisse intelligatur. Habet enim xpus verum timorem et tristiciam in natura hominis. sicut nos qui sumus membra ei. Nos enim causa peccati nostri his defectibus necessario subiaceamus. et in nobis sunt isti defectus sicut ppassione et passione. sed in christo non nisi sicut ppassione. Sicut enim in peccatis gradus quidam notantur ppassio et passio. ita et in his penalibus affectibus. Afflicti enim quos interdum timore vel tristicia ita ut mentis intellectus non inde moueatur a rectitudine vel dei contemplatione. et tunc ppassio est. aliquando vero mouetur et turbatur in anima timore vel tristitia ut a rectitudine vel dei contemplatione aliquatenus declinetur. sicut quomodo intelligitur cum dicitur non timuisse vel tristis fuisse. Unde Hiero. super math. ubi legitur. Lepit contristari et mestus esse. Et veritate inquit perbare assumpti hominis vere contristatus est sed non passio eius dominatur animo. vere ppassio est. Unde ait. Lepit et tristari. aliud est enim contristari. aliud incipere tristari. Quod est. aliter contristatur quis per pro passionem. aliter per passionem. Ideoque sicut hanc distinctionem aliquando dicitur christus non vere timuisse. aliquando vere timuisse. quod verum timorem habuit et tristiciam. sed non sicut passionem: neque ex necessitate conditiois. Unde Aug. ex his causis volens assumi dictorum intelligentiam. dicit christum non vere timuisse. vel tristitatum esse et incontinenti veram tristiciam habuisse. his verbis infirmus in se psignans dominus ait. Mater si fieri potest. transeat a me calix iste. Non enim vere timebat dominus pati tertia die resurrecturus. cum arderet Paulus dissolui et esse cum christo. Iste gaudet coronandus. et tristis est dominus coronaturus. Ecce hic videtur tristiciam et timorem a christo remouere. Continuo autem subiunxit. sed tristiciam sic assumpsit quod carnem. Fuit enim tristis sicut uan-

gelium dicit. Si enim tristis non fuit cum euangelium dicit. Tristis est anima mea etc. ergo et quando dicit. dormiuit Iesus. Non dormiuit. vel quando dicit manducasse. non manducauit. et ita nihil sanum relinquitur vt dicat etiam quia corpus non erat verum Quicquid ergo de illo scriptum est: verum est et factum est. Ergo et tristis fuit. sed voluntate tristiciam suscepit veram: quomodo voluntate carnem veram. Aperte noscitur eundem sibi in his verbis contradicere. nisi varias dictorum discerneret causas. Ex quibus intelligentia verborum assumenda est. Si enim discernat intelligentie causa predictorum verborum nihil occurrit contradictionis.

De quibusdam hylarij capitul' valde obscuris que videntur coi sententie obuiare.

Verutamen magis

mouent ac difficiliore afferunt questionem verba hylarij quibus videtur tradere ictus et vulnera et hmoi. sic in christum incidisse. vt passionis dolorem non incuteret. sic telum tractum per aquam vel ignem vel aera ea facit. quod et cum trahit per corpora animata. quod perforat et compungit. non tamen dolorem ingerit. quod non sunt illeres dolorem capaces. Ita et corpus christi sine sensu pene vim pene accepisse dicitur. quod sicut corpus nostrum non habet talem naturam. vt valeat calcare vndas. ita corpus christi dicit non habuisse naturam nostri dolorem quia non habuit naturam ad dolendum. Hylarius. Ait enim sic in decimo libro. Unigenitus deus hominem verum sicut similitudinem nostri hominis non deficiens a se deo sumpsit. In quo quis aut ictus incideret aut vulnus descenderet. aut nodi concurrerent. aut suspensio eleuaret. afferrent quidem hec impetus passionis. non tamen passionis dolorem inferrent vt telum aliquod aquam perforans vel ignem compungens. vel aera vulnerans. omnes quidem has passiones nature sue infert vt perforat. vt compungat. vt vulneret sed naturam suam in hoc passio illata non retinet. dum in natura non est vel aquam forari vel pungi. ignem vel aera vulnerari. quod vis nature teli sit et vulnerare et compungere et forare. Passus quidem christus est dum creditur. dum suspenditur: dum moritur. sed in corpore irruens passio. nec non fuit passio. non tamen naturam passionis exercuit. dum et penali-

De passione et passione timoris et tristicie

Hiero. super Math.

Aug. super Johannem

misterio pena defuit. et virtus corporis sine sensu pene vim pene in se defuientis excepit. Habuit sane illud dominici corpus doloris nostri naturam. Si corpus nostrum id naturam habet, ut calcet vndas et fluctus desuper eat, nec clausa domus obstaculis arceatur. At vero si dominici corporis solus ista natura sit ut feratur in humidis et stat in liquidis, et structa transcurrat, quid pro naturam humani corporis carnem ex spiritu sancto conceptam iudicamus? Caro illa de celis est, et homo ille de deo est, habens ad patiendum corpus et passus est. Sed naturam non habet ad dolendum. Idem in eodem. Videamus an ille passionis ordo infirmitatem in domino doloris permittat intelligi, dilatis enim causis et quibus metum domino heresis ascribit, res ipsas ut geste sunt conferamus. Nec enim fieri potest ut timor eius significet in verbo cuius fiducia continuatur in factis. Timuisse ergo heretico passionem videtur. Sed ob ignorantiam huius errorem Petrus et sathanas scandalus est. An ne timuit mori: quod armaris obuius prodijt, et in corpore eius infirmitas fuit. Ad cuius occursum sternata plequentium agmina supinatis corporibus conciderunt. Quam ergo infirmitatem dominam tam huius corporis credis, cuius tantam habuit naturam virtutem. Sed forte dolore vulnerum timuit. Quem rogo o tu dominice infirmitatis assertor penetrantis carnem clavi habuit terrorem, qui excisam aurem solo restituit tactu. Producing hec aurem manus clauum dolet, et sentit vulnus quod alteri dolorem vulneris non reliquit. Pungendi carnis metu tristis est cuius tactu caro postcedem sanat. Item collatis ergo dictorum gestorumque virtutibus demonstrari non est ambiguum in natura corporis eius infirmitatem corpore nature non fuisse, et passionem illam licet corpori illata sit, non tamen naturam dolendi corpori intulisse, quod licet forma corporis nostri esset in domino, non tamen viciose infirmitatem nostre forma erat in corpore quod ex conceptu spiritus sancti deo progenitum. Audisti lector verba Hylarii quibus dolorem excludere videtur. Sed si excussa sensus et impietatis hebetudine permittis diligenter intendas: atque ipsius scripture constantiam inspicias dictorum rationem atque virtutem percipere utcumque poteris et intelligentiam arguere non attemptabis. Intelligitur enim ea ratione dixisse dolorem passionis in christum non incidisse, et virtutem corporis christi accepisse vim pene sine sensu pene, quia doloris causam et meritum in se non habuit, quod vi-

detur notasse ubi ait. Non habes naturam ad dolendum, et ideo non iudicanda est caro illius secundum naturam nostri corporis, nec in eodem dominum habuit passio. Ita etiam non habuit naturam ad timendum vel tristendum quod non habuit talem naturam in qua esset causa timoris vel tristitiae. Itaque necessitas timendi non fuit in eo sicut est in nobis. Nec natura doloris fuit in eo sicut est in nobis. Tristitiam tamen in eo fuisse consequenter asserit, et causam eius extitisse: non suam mortem, sed defectum Petri et aliorum apostolorum. Dicit enim christum non propter mortem: sed versus ad mortem tristem fuisse. His verbis. Interrogo quid sit christum triste esse versus ad mortem, et tristem esse propter mortem. Non enim eiusdem significationis est triste esse propter mortem, et versus ad mortem. Quia ubi propter mortem tristitia est: illic mors causa tristitiae est. Ubi vero tristitia versus ad mortem est. Mors non tristitiae causa est sed finis. Adeo autem non propter mortem suscepta est tristitia, ut sit destituta propter mortem. Non ergo sibi tristis est: sed illis qui in scandolo propter infirmitatem carnis erant futuri, quos monet orare ne inducantur in temptationem, quod autem politici erant se non scandalizari.

Ista est distinctio, xv, huius tertii libri et secundus tractatus huius libri. In quo quidem tractatu postquam magister egit de eterni verbi incarnatione. Agit de eiusdem verbi incarnatione passione. Et tria facit in parte distinctio. In qua agit de defectu a christo assumptis. Nam primo ostendit quos defectus veri humani corporis natura assumpsit. Secundo rationem huius assumptionis reddit. Tertio circa hoc quorundam errorem repellit. Primum facit versus ubi. Vos autem defectus. Secundo versus ibi. Sed quod nonnulli. Tertium versus ad finem distinctio. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus, quarum prima est hec. Filius dei carnem passibilem et animam pro nobis assumpsit: et omnes defectus quos sue dignitati et nostre salutis congrue nouit. Hanc magister insinuat proponit primo quod filius dei naturam humanam passibilem tam quo ad corpus quam quo ad animam assumpsit, et ut probaretur habere verum corpus et veram animam, assumpsit cum natura ipsius defectus nature, ut famem, sitim, tristitiam, timorem et huiusmodi, quorum quidam dicuntur defectus anime, ut tristitia et timor. Alij corporis, ut fames, sitis et huiusmodi. Et ulterius concludit quod verbum assumpsit defectus pene, sed tamen illos quos ipse pro redemptione generis humani congruebat assumere, et sua dignitate decebat. Et subdit quod si in scriptura invenitur quod filius dei omnes nos infirmitates assumpsit propter peccatum, hoc intelligendum est de defectibus quod sue dignitati non derogant, non enim assumpsit ignorantiam que quicquid solum est pena seu defectus et non culpa, neque assumpsit difficultatem ad bene operandum, quod tamen spectat ad nostram miseriam et defectum, et prosequens non assumpsit omnes penales defectus ante me. Similiter etiam non assumpsit omnes defectus corporis, quod non assumpsit plures egritudines et vitia corporis. Unde tandem concludit quod omnes defectus assumpsit quos cum decebat et nobis conveniebat ipsum accipere.

De tristitia
Christi et eius
causa sine causa

Hylarius in
li. 8. synodus.
Cum hec passio
omnes genera
infirmitatum
carnis afflic-
ant, deus tamen
verbum caro
factum non pro-
ruit ad se de-
mutabilem esse
se patiendo.
Verbum enim quod
caro, factum est
licet se passibilem
subdidit, si
tamen demeritum
est passibilem
te patiendo.
Nam postquam
tunc respicitur
esse non passibilem
ut quod passibilem
tas nature
firmam signifi-
cavit, quod
sio aut magis
est huiusmodi
ta prope

OLY

Quod
tas aut
tam a
habe

Et in a

quos quidem accepit. vel ad ostensionē vere huma-
 nitatis. vt timorem vel tristitiam. vel ad impletionem
 opis ad quod venit. s. humane redemptionis. ppter
 qd assumpsit passibilitatem corpis vel ad erectionem
 nostre spei in gloriam immortalitatis. vt mortem cor-
 poris. Secūda ppositio est hec. Christus nra in-
 firmitates non accepit coacta necessitate. sed sue mi-
 serationis spontanea voluntate. Hanc magister infi-
 nuans dicit xpm hmoi defectus non assumpsisse si-
 cut talibus necessitate subiaccimus. sed ex miseratōe
 sue voluntatis sponte eos assumpsit. Nā nos ex pec-
 cato originali eos contrahimus. Imo vitare nō pos-
 sumus. Christus autem peccatum hmoi non contra-
 xit nec actuale cōmisit. ideo ex debito seu necessitate
 sue conditionis ipos habere non debuit. Tertia
 ppositio est hec. Et heretici humanā naturā in xpo
 passibilitati fore subiectam negant. sic ipm christum
 fm carnem impassibilem fore asserunt. Quod magi-
 ster ostendit esse falsum diuersis sacri canonis et san-
 ctozum autoritatibus que patēt in textu. Et subdit
 postea quosdam autoritatū declarationē. s. Augu-
 stini et Hiero. que vident dicere qd xpus non timuit.
 nec tristatus extitit. i. nec tristat⁹ fuit. dicēs eos vel-
 le dicere qd xpus nō timuit nec tristatus fuit coacta
 necessitate: sicut nos qhs timem⁹ vel tristamur. sed
 spontanea et libera voluntate. Vel volunt dicere xpm
 nō timuisse vel tristatū fuisse fm passionem sicut nos
 qd vics p hmoi passionis a sua rectitudine mens de-
 ficit et in dei contemplatōe impedit. sed qd timuit et
 contristabat solū fm ppassionē que est qn sic tristi-
 cia quis mouet qd tñ rō a sua rectitudine minime deli-
 citur et nec mens a contemplatione diuina declinet.
 Nam xps fuit immunitas a peccato. id nō habuit cau-
 sam hmoi sustinēdi nisi sponte vellet. Et tñ in spali.

terit an mortem. nunqd necessitatem patien-
 endi habuit? Si em necessitas patiēdi vel
 moriendi fuit in xpo. non videt sola volū-
 tate miserationis defectus nros accepisse.
 Ad qd dici pōt. xpm voluntate nō neces-
 sitate sue nature hos defectus sicut alios su-
 scepisse. s. necessitatem patiēdi in anima. si-
 mul aut patiēdi et moriēdi in carne. Ve-
 rum hanc necessitatem nō habuit ex neces-
 sitate sue pditionis. qz a peccato immunitas
 sed ex sola volūitate accepit. de nra infirmi-
 tate ponens tabernaculū suū in sole. s. sub
 temporali mutabilitate et labore. In sup
 epistolam ad Hebrēos autoritas dicit. qd
 sicut homibus alijs iure et lege nature sta-
 tutum est semel mori. ita et xps eadē neces-
 sitate et iure nature semel oblat⁹ est et nō se-
 pe. Nec ideo dicit iure nature qd ex natura
 sue pditiōis hunc defectū traxerit. qd etiam
 nō puenit nobis ex natura fm qd pus est
 instituta: sed ex ea peccato viciata. et id di-
 citur hic effectus natural⁹ qd quasi p natu-
 ra inoleuit in omnibus diffusis.

An aia chri-
 sti habuit ne-
 cessitatē pati-
 endi.

De statu hois et quid de singulis
 xps accepit.

Et est hic notandū

xpm de omni statu hois aliqd accepisse: qd
 oēs venit saluare. Sunt em qtuor status
 hois. Prim⁹ an pctm. Scd⁹ p pctm et an
 gra. Tert⁹ sub gra. Quartus in gla. De
 pmo statu accepit immunitatē pcti. Unde
 Aug⁹. illud Jobis euangeliste exp onens. Aug⁹. super
 Qui desursum venit sup oēs est. Dicit cri-
 stum venisse desursum. i. de altitudine hu-
 mane nature an peccatū. qz de illa altitudi-
 na sumpsit verbum dei humanā naturam
 dū non assumpsit ipam culpam cui⁹ assum-
 psit penā. Sed penā assumpsit de statu se-
 cūdo et alios defectus. De tertio xpo gratie
 plenitudinē. De quarto non posse peccare
 et dei pfect. in ptemplationē. Habuit em
 simul bona vie quedā et bona patrie. sic et
 qdam mala vie.

Ista est distinctio. xvj. hui⁹ tertij
 libri. In qua mag⁹ postq egit de christi patiētijs pas-
 sibilitate. Agit de patiēdi necessitate. Et tria circa
 hoc facit. Nam pmo questionem quandam pponit.
 Secundo eam soluit. Tertio solutionis cōfirmatio-
 nem adiungit. Primum vsqz ibi. Ad qd dicit potest.
 Scdm vsqz ibi. Et est hic notandū. Tertij vsqz ad
 finem distinctionis. In spali rē. quarum pma est
 hec. Christus omēs defectus nros assumpsit q nulla
 tenus culpam vel peccatū includunt. Nec ppositio
 supra pbata est. is suppono eam veram. cū igitur
 L 5

An in xpo fuerit necessitas patien-
 di et moriendi que est defectus ge-
 neralis.

Incipitur que

stio ex predictis ducens origi-
 nem. Dicitū est em supra qd xps
 in se nros defectus suscepit. p. er peccatū.
 Est aut homis qdam general defect⁹. qui
 pctm non est. s. necessitas patiēdi vel mo-
 riēdi. An corpus nrm non tñ mortale: s
 etiam mortui dicit. qz nō tñ aptitudinem
 moriēdi: sed etiā necessitatē hz. Id queri-
 tur vtrū necessitas tal in xpi carne fuerit?
 De aptitudine em moriēdi qd in eo fuerit
 ambigū nō est. qd etiā an pctm in hoie fuit
 qd aliqs in eo nō fuit defect⁹. nec qd mortali-
 tas illa tñ in eo fuit defectus. qz nature ei-
 erat. An etiam qdam talē mortalitatem in
 nobis non esse defectū nō improbe tradit.
 sed necessitatem moriēdi vel patiēdi: que
 etiam mortalitas dicit vel passibilitas. Vi-
 citur em hō nunc passibilis vel mortal. nō
 mō ppter egritudinem: s etiā ppter neces-
 sitatem. Sed nunqd hic defectus fuit in cri-
 sti carne? Anima qz eius cū passibilis exti-

XVI

b

Aug⁹. super
 Job anē cū-
 gelitam.

Et mortali-
 as an pecca-
 am nō fuit
 oie defect⁹.

An illa mō-
 r in nobis

necessitas moriendi sit defectus quidam et non culpa dubitari potest non immerito an ipse etiam tale defectum assumpsit. scilicet necessitatem moriendi. De aptitudine moriendi non est dubium. quia illa etiam in homine a natura fuit ante peccatum quoniam nullus defectus in eo fuit. quia illa fuit in homine ante a natura ante peccatum. Et respondendo ponit sententiam scilicet propositionis. Secunda propositio est hec. Christus qui immunis fuit a peccato suscepit necessitatem moriendi sola spontanea voluntate et nulla coacta necessitate. Ratio huius est quia ut supradictum est ipse assumpsit naturam talem quam homo habuisset in statu innocentie in quo statu non fuisset necessitas moriendi. Nam necessitas moriendi non competebat homini ex natura sue conditionis secundum quod natura primitus fuit instituta. sed solum secundum quod postea fuit peccatus violata. sed tale naturam ipse non assumpsit. ergo licet necessitatem moriendi non assumpsit: sponte tamen mouebatur. Tertia propositio est hec. Christus qui dicitur naturam humanam redimisse de quolibet statu hominis dinoscitur aliquid assumpsisse. Hanc magister ponens dicit quadruplicem esse statum hominis. quorum primus fuit ante peccatum scilicet status innocentie. Secundus fuit post peccatum ante gratiam. scilicet ante mortem christi. Tertius fuit post peccatum et sub gratia qui iam currit. Quartus erit in gloria expertus omnis miserie. De primo statu accepit ipse peccati immunitatem. De secundo penales defectus. De tertio gratie plenitudinem. De quarto non posse peccare et deum perfecte contemplari. Cum igitur Iesus venit in hunc mundum tanquam universalis redemptor omnes saluaturus naturam humanam assumens de quolibet hominum quatuor statuum aliquid assumpsit. et ista confirmat magister auctoritate. b. Augustini. Et tamen in speciali.

Si omnis christi oratio vel voluntas expleta sit.

De predicta

DI. XVII p

considerari oportet. utrum christus aliquid voluerit vel orauerit quod factum non sit. Hoci est:

mari per hoc quod ipse ait. Pater si possibile est transeat a me calix iste. Veruntamen non quod ego volo sed quod tu vis. Hic namque voluntatem suam a patris voluntate discernere videtur.

De voluntatibus christi secundum duas naturas

Quo circa ambigere

dum non est. diuersas in christo fuisse voluntates iuxta duas naturas. diuinam scilicet voluntatem et humanam. Et humana voluntas est affectus rationis vel affectus sensualitatis et alius est affectus anime secundum rationem alius secundum sensualitatem. uterque tamen dicitur humana voluntas. Affectu autem rationis id volebat quod voluntate diuina. scilicet pati et mori. sed affectu sensualitatis non volebat. imo refugiebat. nec tamen in eo caro contra spiritum vel deum concupiscebatur. Quia ut ait Augustinus non nullum est vitium cum caro concupiscit ad

uersus spiritum. Caro autem dicta est concupiscere quia hoc secundum ipsam agit anima sicut anima per aurem audit et per oculos videt. Caro enim nihil nisi per animam concupiscit. Sed concupiscere dicitur cum anima carnali concupiscencia spiritui reluctatur habens carnalem delectationem de carne et a carne aduersus delectationem quam spiritus habet. Ipsi autem carnalis concupiscencia causa non est in anima sola. nec in carne sola. Ex utroque enim fit. quia sine utroque delectatio talis non sequitur. Talis ergo rixata talisque perturbatio in anima christi nullatenus esse potuit. quia carnalis concupiscencia ibi esse nequiuisset. Dei etiam voluntas erat et rationi placebat ut illud secundum carnem vellet. quatinus veritas humanitatis in eo probaretur. Nam qui hominis naturam suscepit. que ipsius sunt subire debuit. Ideoque sicut in nobis duplex est affectus: mentis. scilicet et sensualitatis. ita et in eo debuit esse geminus affectus. ut mentis affectu vellet mori. et sensualitatis affectu nollet. sicut in viris sanctis fit. Petro enim ipsa veritas dicit. Cum senectus extenderis manus tuas. et alius percipiet te. et ducet te: quo tu non vis. scilicet ad mortem. Quod exponens Augustinus dicit quod Petrus ad illam molestem nolens est ductus. nolens ad eam venire. sed volens eam viciit. et reliquit affectus infirmitatis quo nemo vult mori. quod adeo est naturalis ut cum petro nec senectus abstulerit. Unde etiam dominus ait. Transeat a me calix iste. sed viciit eum vis amoris. Ergo et in christo secundum humanitatem et in membris eius geminus est affectus. vnius rationis charitate informatus. quo propter deum quis mori vult. alter sensualitatis carnis infirmitati propinquus et ei coniunctus quo mors refugitur. Ut enim Augustinus ait. Paulus mentis ratione cupit dissolui et esse cum christo. sensu autem carnis refugit et recusat. hoc habet humanus affectus. quoniam qui diligit vitam odit mortem. Secundum istum affectum christus mori noluit. nec obtinuit quod secundum istum affectum percipit.

Autoritatibus probatur diuersas in christo voluntates.

Ex affectu ergo hu-

mano quem de virgine traxit volebat non mori et calicem transire orabat. Unde Beda. Orat transeat a me calix iste. quia homo erat dicens Pater transeat a me calix iste. Ecce habes voluntatem humanam expressam. Vide iam rectum

Beda

cor. Sed nō qđ ego volo: s; qđ tu vis. **Tñ**
 Non veni facere voluntatē meā. quam scz
 temporaliter sumpsi ex virgine. sed voluntatē
 eius qui misit me. quam .i. eternus
 habui cum patre. **h̄ic** aperte dicit duas in
 christo fuisse voluntates: s; quas diuer-
 sa voluit. **h̄ic**ro. **h̄ic**roq; sup illū locū. **Spi-**
 ritus promptus est: caro autē infirma. dās
 intelligi hic duas voluntates exprimi: ita
 ait. **h̄oc** contra euticianos qui dicūt i chri-
 sto vnam tñ voluntatem. **h̄ic** autē ostē-
 dit humanam que ppter infirmitatem car-
 nis recusat passionem. et diuinā q̄ prompta
 est p̄ficere dispensationem. **Augusti.** etiam
 duas in christo asserit voluntates dicens.
 Quātū distat deus ab homine. tantū vo-
 luntas dei a voluntate hominis. **Uñd** ho-
 minem xp̄us gerens ostendit puatā volun-
 tatem quādam hominis. in qua vsuā et no-
 stram configurauit. qui caput nostrum est.
 et ad eum sicut membra p̄tinemus. **p̄**ater
 inquit si fieri potest transeat a me calix iste.
h̄ec humana voluntas erat p̄priū aliqd
 etanq̄ priuatum volēs. Sed q̄ rectū vult
 esse hominē. et ad dñm dirigi: subdit. Non
 quod ego volo: s; qđ tu vis. **Ac** si diceret.
 Vide te in me. q̄ potes aliqd p̄priū vel-
 le. vt deus aliud velit. **Concedit** h̄ huma-
 ne fragilitati. **Idem** alibi. **Ep̄s** in passione
 duas expressit voluntates in se s; duas
 naturas. **Ait** em̄. **p̄**ater si fieri pōt transeat
 a me calix iste. **Ecce** habes hoīs volūtatez
 quā ad diuinā p̄tinuo dirigens ait. **Verū-**
 tñ non sicut ego volo s; sicut tu. **Amb.** etiaz
 in li. iij. de tri. **Scriptum** est. **p̄**ater si possibi-
 le est transeat a me calicem hunc. **Verba** cri-
 sti sunt. sed quō et in qua forma dicant ad-
 uerte. **h̄ominis** substantiā gerit hominis
 assumpsit affectum. **Non** q̄ quasi de: s; q̄ si
 homo loquit. **Suscipit** quidem volunta-
 tem meam. **h̄ec** est voluntas quam suaz
 dixit cum ait. **Non** sicut ego volo: s; sicut
 tu vis. **Cum** autē dixit. **Omnia** que habet
 pater mea sunt. q̄ nihil excipit: sine dubio
 quā p̄r habet: eandem et filius h̄z volunta-
 tem. **Eadē** est xp̄i volūtās q̄ pat̄na. **Una**
 q̄ voluntas est patris et filij. **Sz** alia volū-
 tas hoīs: alia dei. vt scias vitā in volunta-
 te esse hominis. passionē autē xp̄i in voluntate
 diuina. vt patere pro nobis. **h̄is** testimo-
 nijs euidenter docet in xp̄o duas fuisse vo-
 luntates. quod quia negauit **h̄acharius**
 archiep̄s in **h̄etropolitana** synodo con-
 demnat̄ est. **Et** ex affectu humano sensua-
 litatis quidem non rationis illud voluit et

petijt quod non impetrauit. **Nec** ideo pe-
 tijt vt impetraret. quia sciebat deum nō es-
 se facturū illud. **Nec** illud fieri volebat af-
 sectu rationis vel voluntate diuinitatis.
Ad quid ergo petijt? **Ut** membris formaz
 preberet imminente turbatione clamandi
 ad dominum. et subiciēdi volūtatem suaz
 diuine voluntati. vt si pulsante mo' estia tri-
 stentur pro eiusdem ammonitōe orent. **Sed**
 si nequeunt vitare dicant quod ip̄e xp̄us.
Non ergo ad insipientiam fuit q̄ christus
 clamans non audiret ad salutem corpora-
 lem. **Bonum** quidem petijt. s; vt non more-
 retur. sed melius erat vt moreret. quod et
 factum est.

De eo qđ **Ambrosi** dicit xp̄m du-
 bitasse affectu humano.

Leterū nō parum

nos mouent vba **Ambrosij** quibus signifi-
 care videtur christum s; humanum affe-
 ctum de patris potētia dubitasse. sic dicēs
 in li. iij. de tri. **De** quo dubitat: de se an de
 patre? **De** eo vtiq; cui dicit transfer dubi-
 tat hominis affectu. **Nam** deus de patre
 nō dubitat: nec de morte formidat. **p̄**ro-
 pheta etiā nō dubitat q̄ nihil deo esse ip̄o-
 sibile asserit. **Nam** infra homines p̄stitues
 deum. p̄pheta non dubitat. et filiū dubita-
 re tu credis. **Et** homo ergo dubitat. vt h̄o
 locutus est. **h̄is** verbis innuī videt q̄ cri-
 stus non inq̄tum deus est vel dei fili'. sed
 inq̄tum homo dubitauerit affectu h̄iano
 Quod ea ratione dictū accipi pōt. non q̄
 ip̄e dubitauerit: s; q̄ modū gessit dubitan-
 tis. et homibus dubitare videbat.

Verba **h̄ilarij** lōgediuerfam ex-
 p̄imentia sententiā a p̄missa.

Illud etiaz ignorā

dum non est quod **h̄ylarius** asserere vidē
 xp̄m non sibi sed suis orasse. cuz dixit tran-
 fer a me calicē h̄ic. sic nec sibi s; suis timuit
Nec eū timuisse vt sibi nō esset passio: s; vt
 a suis trāstret calix passiois ita inq̄ens. **Et**
 passio honorificatura eū erat. sic iuda excū-
 te ait. **Nūc** honorificat̄ est fili' hoīs. quō
 tristem eū mer' passiois effecerat. **Nisi** for-
 te tam irrationabil' fuerit vt pati morte m-
 muerit q̄ patientē se glorificatura esset. **Sz**

Deia .i. x. li.
de tri.

forte timuisse vsq; eo estimabatur vt transferrī a se calicem deprecatus sit dicens. **P**ater transfer calicem hunc a me. **Q**uomō enim p̄ patiendi metum transferri deprecaret a se. qđ p̄ dispensationis studiū festinaret imple- re. **N**on enim cōuenit vt pati nolit: qui pa- ti venit. et cum pati cum velle cognosceres religiosius fuerat hoc confiteri. **Q**uā ad id im- pie stulticie prumpere. vt euz assereres ne pateretur orasse. quē pati velle cognosceres. **N**on ergo sibi tristis. neq; sibi orat trans- re calicem: sed discipul. ne in eos calix pas- sionis incumberet. quem a se transire orat. ne in his. s. maneat. **N**on em̄ rogat ne secū sit: sed vt a se transeat. **D**einde ait. **N**ō sic ego volo: s. sicut tu vis. **H**ūane in se sollicitudi- nis significans consortium. sed non discer- nens sententiam sibi cōmunis euz patre vo- luntatis. **P**ro homibus q̄ vult transire ca- licem p̄ quem omnes discipuli erāt tēptan- di. et ideo pro **P**etro rogat: ne deficiat fi- des eius. **S**ciens q̄ hec omnia post mortez suā defutura: vsq; ad mortē tristis est. et scit hunc calicē non posse transire nisi biberit. **I**deo ait. **P**ater mi si non potest trāsire ca- lix iste nisi bibam illū. **F**iat voluntas tua. **S**ciens in se consummata passione metū ca- licis transiturū. qui nisi eum bibisset transi- re non posse. nec finis terrois nisi consum- mata passione terrois succederet. quia post mortem eius p̄ stutum gloriam apostoli- ce infirmitatis scandalū pelleret. **I**ntende lector: his v̄bis pia diligētia nescit tibi va- sa mortis.

Ista est distinctio decimasēptima huius tertij libri. In qua magister postq̄ egit de pa- tiendi xpi necessitate. agit de patientis voluntate. **E**t circa hoc tria facit. **N**am p̄mo questionē circa hoc. p- ponit et soluit. **S**ecōdo solutiōis p̄firmationē adiungit. **T**ertio dubitatiōes quas dā circa hoc excludit. **P**ri- mum vsq; ibi. **E**t affectu asit. **S**ecundū vsq; ibi. **C**e- teris nō parū. **T**ertū vsq; ad finē distin. In specialī sententia maḡi stat et. **N**on quodlibz qđ xpus oran- do a p̄re petijt obtinuit. **H**anc maḡ ponens. pponit talem questionem. **Q**uā xps aliqd̄ orauerit v̄l petie- rit qđ factum non fuit. qđ quidem videt verū p̄ hoc qđ petebat a se transferri calicem passionis qđ tamē factū nō fuit. in oratiōe etiā videbat a p̄ris voluntate discō: dare. **P**ro cuius q̄stionis solutiōe dicit qđ xps fm̄ duplicem naturā quā habuit. s. diuinā et hūanā. que humana etiā duplex fuit. s. sensualitatis et rationis. voluntate diuisa pati et mori voluit. et idē volebat ratiōis affectu. et tū affectu sensualitatis pa- ti volebat seu pati refugiebat. ppter hoc tū dicit qđ non fuit rebellio carnis ad sp̄m. quia talis nō est nisi in illis in quibus est carnis concupiscentia: que in xpo non fuit. fuit tamen in eo sensualitatis affectus. et humanitatis veritas probaretur. vnde concludit qđ sicut in membris xpi. id est in nobis. ita et in xpo

fuit geminus affectus humanitatis. s. mentis quo mo- ri volebat et sensualitatis quo mori recusabat. **S**e- cūda. ppositio est hec. **S**ecōm̄ doctores xps dupli- cem voluntatem habuit fm̄ quarum vnam pati vo- luit. et fm̄ aliam noluit. **H**anc magister ponens dicit hoc esse contra hereticos in concilio **M**etropolitano cōdemnatos qui ponebant in xpo tū vna volun- tatem. vbi addit qđ xps aliquid petijt qđ nō impetra- uit puta translationem calicis a se. imo sciebat deus patrem hoc nō facturū. non tū inuaniū orauit: sed ad hoc orauit vt suis membris imminēte p̄turbatiōe orandi et clamandi ad deum et voluntatem suā volun- tati diuine subdendi exemplum daret. **T**ertia. ppo- sitio est hec. **C**hristus in orōe de patris p̄tate nō du- bitauit. sed ad modum dubitantis se habuit. **H**anc maḡ ponens dicit quoddam dubiū fuisse exortum ex dictis beati **A**mbro. qui videt dicere qđ xps fm̄ hu- manam naturam de patris potētia dubitauit. qđ sic dicit esse intelligendū non qđ xps dubitauerat in q̄tū deus et dei filius. neq; etiam in q̄tū hō. sed qđ dica- tur dubitasse. qđ modū gessit dubitantis et homibus dubitare videbat. **A**ltimo maḡ inducit qdam verba **V**ilarij q̄bus videt dicere qđ xpus non sup se timuit nec fm̄ se tristatus fuit. nec p se orauit: sed pro suis que dicit maḡ a lectore pia diligētia esse intelligen- da. **E**t tū in sp̄ali.

Si xps meruit sibi et nobis et qđ sibi et quid nobis.

DLXVII

E merito etiā

Christi p̄termittendū non est. **D**e quo quidam dicere solent qđ nō sibi sed membris tñ meruerit. **A**seruit quidem membris redemptionem a diabo- lo. a peccato. a pena. et regni reserationē vt amora ignea rompbea libere pateret intro- tus. sed et sibi meruit impassibilitatis et im- mortalitatis gloriam. sicut ait ap̄lus. **C**hri- stus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem. mortem autem crucis. ppter qđ et deus exaltauit illum et dedit illi nomen qđ est super omne nomen. **A**perte dicit ap̄lus xpm̄ p̄pterea exaltatum p̄ impassibilitatē gloriā: quia est humiliatus p̄ passiōis obe- dientiam. **H**umilitas ergo passiōis meri- tum fuit exaltationis. et exaltatio premium humilitatis. **A**nde **A**ug. exponens p̄mis- sum capitulū ait. **E**t christus resurrectione clarificaretur: prius humiliatus est passiōe humilitatis claritatis est meritum. claritas humilitatis est premium. **S**ed hoc totum factum est in forma serui. **I**n forma em̄ dei semper fuit et erit claritas. **I**dem **A**mbro. idem capitulū tractans ait. **Q**uid et q̄tum humilitas mereat hic ostendit. **H**is testi- monijs euidentis fit. qđ christus p̄ humilita- tem et obedientiam passiōis meruit clarifi- cationē corp̄is. nec id solū: sed etiā impassi-

Augusti.

Ambro.

bilitatem anime. Anima enim ipsius ante mortem erat passibilis. sicut caro mortal: sed post mortem merito humilitatis et anima impassibilis facta est. et caro immortal. Utrum autem anima sit facta impassibilis quoniam caro facta est immortalis. scilicet ipso resurrectionis momento de auctoritate nobis certum non est. Sed vel mortis post carnis separationem anima impassibilitate donata est. aut in resurrectione quoniam caro resloruit.

Et anima crimi sit facta impassibilis.

Quod a conceptu meruit sibi christus hoc quod per passionem.

Rec soluz hoc me

rui christus quoniam patri obediens crucem subiit. sed etiam ab ipsa conceptioe ex quo homo factus est per charitatem et iustitiam et alias virtutes. in quarum plenitudine fuit secundum hominem conditus: sibi tamen meruit quoniam post per martyrium tolerantiam. Tanta enim plenitudo spiritualium carismatum in eo fuit quod in eis proficere non potuit. et ideo melior ipsius anima fieri non potuit. quoniam ab initio sue perfectionis extitit. quod proficere in meritis non valuit. Et enim Gregorius ait. Non habuit omnino christus iuxta anime meritum quo potuisset proficere. In membris autem que nos sumus quotidie proficit. Non ergo plus meruit sibi per crucis patibulum quam a conceptione meruit per gratiam virtutum. Non ergo profecit secundum anime meritum quantum ad virtutem meriti. profecit tamen quantum ad numerum meritorum. Plura enim habuit merita in passione quam in conceptione. sed maioris virtutis non extiterunt in merendo plura quam antefuerant pauciora. Meruit ergo a conceptione non modo gratiam impassibilitatis et immortalitatis corporis: sed etiam impassibilitatem anime. Per quod per obedientiam et voluntatem perfectas quam non tunc primo habuit nec maiorem cum pati cepit et mori. Obediens enim perfecte et bonus extitit secundum hominem ex quo fuit homo. Habuit ergo anima illa aliquod bonum in se post mortem quod non habuit ante. Non ergo beatorum vel melior fuit quam ante. Absit ergo melior fuerit. quoniam non sanctorum. nec gratia cumulatio. Nec etiam beatorum fuit in dei contemplatione in quo precipue beatitudo consistit. Potest tamen dici in hoc beatorum fuisse. quoniam ab omni miseria immunis. Ex quo nequit inferri simpliciter quod beatorum fuerit.

Grego.

De eo quod scriptum est donauit illi nomen quod est super omne nomen.

De tantu gloria

impassibilitatis et immortalitatis meruit: sed etiam donari sibi nomen quod est super omne nomen. scilicet honorificentiam. quod vocatur deus. hoc tamen ante mortem habuit. Habuit enim hoc nomen dei filius in quantum deus est ab eterno per naturam. in quantum homo factus est habuit ex tempore per gratiam. Verum tamen Augustinus dicit homini donatum esse illud nomen non deo. quoniam illud nomen habuit cum in forma dei tantum erat. Sed cum dicitur propter quod illum exaltauit. et donauit illi nomen quod est super omne nomen. satis apparet propter quod exaltauerit. id est propter obedientiam et in qua forma exaltatus sit. In qua enim forma crucifixus est: in ea exaltatus est. in ea donatum est ei nomen: ut cum ipsa forma sui nominis unigenitus filius dei. hoc illi donatum est ut homini. quod iam habebat idem ipse deus. hoc ergo per gratiam accepit: ut ipse ens homo ut subsistens in forma sui. id est in anima et carne nominis. et sit deus. Sed nunquid hoc meruit. supra enim dictum est. quod hoc tantum bonum homo ille non meruit. quomodo ergo hic dicitur propter obedientiam donatum est ei hoc nomen. Secundum tropum illum in scriptura creberrimum hoc capiendum est. quo dicitur res fieri quando innotescit. Post resurrectionem vero quod ante erat in euidenti positum est ut scirent homines et demones. Manifestationem ergo illius nominis donauit ei deus post resurrectionem: sed etiam meruit per obedientiam passionis. quod eo quod obediuit pati: exaltatus est resurgendo. et per hoc manifestatum est nomen. hoc eodem tropo usus est etiam post resurrectionem dicens. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. non quod tunc primo accepit. sed quam ante habebat. tunc manifestata est potestas. Letex Ambrosius dicit nomen illud donatum esse deo non homini. et videtur secus verborum supficiem apostolus Augustinus. Sed intelligentia non obuiat: licet diuersum sapiat. Nam Ambrosius de naturali donatione id dictum intelligit. qua eternaliter pater generando dedit filio nomen quod est super omne nomen. scilicet esse deum per naturam. quia genuit ab eterno filium plenum et sibi equalem deum. Quod tamen nomen apostolus propter passionis obedientiam christo donatum dicit. Sed premisso locutionis modo accipiendum est.

Aug. in li. contra Max. man.

De nomen illi datus est hominis et non deo.

Amb. quod datum fuit deo et non homini.

Si xpus sine omni merito illa habere potuit.

Si vero queritur

utrum xpus illam immortalitatis et impassibilitatis gloriam et nominis dei manifestationem sine omni merito habere potuerit: Sane dici potest quia humanam naturam ita gloriose suscipere potuit. sicut in resurrectione exiit. Nomenque suum et alii hominibus manifestare potuit. Sed homo passibilis esse non potuit sicut fuit. et ad illam gloriam sine merito pervenire. Potuit quidem pervenire ad illam sine merito passionis. quia potuit consumpta mortalitate immortalitatis gloria vestiri: sed non sine merito iusticie et charitatis aliarumque virtutum. Non enim xpus homo esse potuit: in quo plenitudo virtutum et gratie non fuit. Nec virtutes eius inesse potuerunt cilicio mortalitatis induto quin pro eas mereretur. Habens ergo has virtutes in hominem passibilem ac mortalem non potuit non mereri gloriam immortalitatis. Non ergo potuit factus mortalis sine merito gloria impassibilitatis et immortalitatis ac manifestationem dei nominis consequi. Potuit tamen hoc assequi sine merito passionis. quia pro passionem nil sibi meruit. quod non ante pro virtutes meruerit.

De causa mortis et passionis xpi.

Ad quid ergo voluit

pati et mori si ei virtutes ad merendum ille sufficiebant: Pro te non pro se. Quod pro me? Et ipsius passio et mors tibi esset forma et causa. Forma virtutis et humilitatis. causa glorie et libertatis. Forma deo usque ad mortem obediendi. et causa tue liberationis ac beatitudinis. Meruit enim nobis pro mortis ac passionis tolerantiam. quod pro peccata nostra non meruerat. scilicet aditum paradisi et redemptionem a peccato. a pena. a diabolo si pro mortem eius hic non adepti sumus scilicet redemptionem et filiorum glorie adoptionem. Ipse enim moriendo factus est hostia nostre liberationis. Sed quomodo pro mortem nos a diabolo et a peccato redemit: et aditum glorie aperuit? Deceuerat deus in ministerio ut ait Ambrosius. propter primum peccatum non intramitti hominem in paradysum. id est ad dei contemplationem non

Qualiter per mortem redemit nos et aditum regni aperuit

admitti. nisi in vno homine tanta existeret humilitas que omnibus suis proficere posset. sicut in primo homine tanta fuit superbia que omnibus suis nocuit. Non est autem inuentus inter homines aliquis quo id posset impleri. nisi Leo de tribu iuda qui aperuit librum. et soluit signacula implendo in se omnem iusticiam. id est consummatissimam humilitatem qua maior esse non potest. Nam alij homines debitores erant et vix vnica quod sua virtus sufficiebat et humilitas. Nullus ergo eorum hostiam poterat offerre sufficientem reconciliationi nostre. Sed christus homo sufficiens et perfecta fuit hostia. qui multo amplius est humiliatus amaritudinem mortis gustando quam ille Adam superbiit per esum ligni vetiti noxia delectatione profuendo. Si ergo illius superbia omnino extitit ruina. ipsum de paradiso mittens foras. aliisque accludens ianuam. multo magis christi humilitas quam pro mortem gustavit. ingressum regni celestis omnibus suis impleto dei decreto aperire valuit atque decreta delere cyrographum. Ut enim ait Ambrosius: Tantum fuit peccatum nostrum: ut saluari non possemus: nisi vnigenitus dei filius pro nobis moreretur debitoribus mortis. sed hic dignos nos fecit testamenti et promissa hereditatis. Quod non ita est intelligendum. quasi in alio modo saluare nos potuerit. quam pro mortem suam: sed quod pro aliam hostiam non potuit nobis aperiri regni aditus et fieri saluus: nisi pro mortem vnigeniti. cuius tanta fuit ut dictus est humilitas et patientia: ut eius merito pareret creditibus in eius aditu regni. Quod ergo in morte vnigeniti prestita sunt nobis ut liceat nobis redire in patriam. sic olim in morte summi pontificis: his qui ad civitatem refugij confugerant secure ad propria remeare. Ecce aliquatenus ostensum est: qualiter pro christi mortem aditus regni sit nobis paratus.

Ambrosius ad Rom.

Ista est distinctio decimo octava.

huius tertij libri. In qua magister postquam egit de voluntate christi patientis: agit de merito eiusdem. Et tria facit. Primum est tractat de merito christi perfectione. Secundo de eius merito et adeptio. Tertio de ipsius necessitate. Primum usque ibi. Nec solus etc. Secundum usque ibi. Si homo quiescit. Tertium usque ad finem distulit. In specialibus inia etc. Quia prima est beatus. Christus sua benedicta passione sibi et nobis meruit. Hac magister insinuat. proponit primo quorundam opinionem de merito christi dicens quod christus tamen nobis et non sibi meruit. Quam opinionem magister corrigens dicit quod et nobis meruit et sibi. quod probat. Nam nobis meruit apertio regni celorum et redemptionem a diabolo a peccato et a pena. pro ipso debita. Sibi autem meruit corporis immortalitatem claritatem et impassibilitatem etc. et hoc pro obedientia et be-

militatem sue passionis. An mortem enim ipsius cor-
 pus erat mortale et anima eius passibilis. Et in hoc ta-
 men dicitur adhuc esse unum dubium de quo adhuc non su-
 mus certificati per aliquam autoritatem. scilicet an anima christi
 facta sit tunc primo impassibilis quasi corpus factum
 fuit immortale. scilicet in principio sue resurrectionis. ut quod
 dam dicitur. vel facta sit impassibilis statim post sepa-
 rationem a corpore in morte crucis. ut alij asserunt. quod a
 modernis doctoribus communius tenetur et probabiliter ap-
 paret. Secunda propositio est hec. Christus in princi-
 pio sue receptionis tantum gradum meriti sibi acquisi-
 vit quod ad ulteriorum gradum meriti proficere non potuit.
 Sententiam hanc propositio magister ponens dicit
 secundum ista. scilicet dicta meruisse non solum per suas passionem
 sed ipsa meruerat ab initio sue conceptionis. Et hoc pro-
 pter plenitudinem gratie et virtutum in quibus profice-
 re non potuit. Unde infertur quod post initium conceptionis
 solum proficitur ad numerum meritorum. quod multipliciter
 idem meruit quod ante meruerat. sed non proficitur
 quantum ad efficaciam seu virtutem merendi. Infertur etiam
 ex dictis quod licet anima christi aliquid habuit post mor-
 tem corporis. quod ante non habuit puta impassibilita-
 tem et similia. Non tamen potest dici simpliciter et absolute
 beatus post mortem corporis quod ante. sed solum quantum ad
 aliquid. scilicet quantum post mortem immunis ab omni misere-
 ria extiterit. Et subdit quod christus non tamen sibi sui meruit
 corporis immortalitatem et sue anime impassibilitatem
 sed etiam hanc bonouiscientiam. scilicet quod vocetur deus quod
 nomen etiam ante mortem habuit. Infertur quidem est
tij libri . In q̄ m̄gr postq̄ egit de morte xpi tanq̄ p̄- sionis sue termino . Agit de quibusdā q̄ sequunt et ip- sa . Et tria facit . Nā p̄mo inq̄rit . Etrū xp̄us in triduo mortis sue fuerit hō . Scdo supposito q̄ sic . an fuerit hō in inferno et in sepulcro Tertio vtrū ille hō sit vbiqz et venerit de celo . Primū vsqz ibi . Dic querit si xp̄us Scdm vsqz ibi . Solet etiā queri . Tertio vsqz ad hęc distinctiōes . In sp̄ali sola m̄gr stat in trib^o . p̄positio- nibus quaz p̄ma est hec . Et si xp̄us in morte sua fuit homo rōnalis . nō tm̄ mortal^o vel imortalis . Dic m̄gr ponens inq̄rit . Etrū xp̄us in triduo sue mortis fuerit hō mortuus . Et r̄ndendo ponit primo opinionē quo- rundā dicentū q̄ non . quoz vna rō fuit . q̄ xp̄us in il- lo triduo mortu^o fuit . cū igit mortu^o hō sequit xpm̄ i illo triduo non fuisse hoīem Alia rō eoz erat . Si cri- stus in illo triduo fuisse hō . vel fuisse mortalis v̄ im- mortal^o . nō mortal^o qz iā fuerit mortu^o . non imortal^o qz p̄ resurrectionē primo fuit imortalis effect^o et p̄ cō- sequēs nō fuit hō in illo triduo . Ista opinionē m̄gr re- futat quā tm̄ moderni tenēt . Un̄ subdit m̄gr opinionē p̄p̄iā . in qua tm̄ nō tenet . et dicit . q̄ xp̄us i illo triduo mortis sue fuit ver^o hō . nō obstāte q̄ fuit de mortu^o . p̄ cui^o rōne assignat ipsaz insēpabilē v̄nionē diuinita- tis ad aiām et carnē . q̄ per mortē nō fuit soluta . Pro- cui^o v̄teriori declaratōe dicit q̄ alia rōne d̄z hō q̄ pet^o vel iohes . qz de^o vel dei fili^o d̄z hō . p̄p̄ assūptōz aīe et corpis tm̄ . Cū igit illa assūptio i morte soluta nō fuit . igit etiā in morte d̄z fuit hō pet^o aut vel io- hānes est hō . p̄p̄ iunctionē aīe et carnis s̄z et quo- iunctio illa i morte soluit . igit pet^o vel iohes imor- te non d̄z hō . sed hō mortu^o . Et subdit q̄ duplex fuit v̄nio in xp̄o . vna deitatis cū carne et aīa . rōne cui^o d̄z de^o hō . et qz illa nūq̄ defecit . id rōne ill^o in morte d̄z hō . Alia est v̄nio deitatis cū iunctiōe et aīa et carne rōne cui^o d̄z hō et qz illa in morte xpi defecit deus dicebat mortu^o hō . v̄ r̄ndens ad rōes alteri^o opinionis . Ad primā dicit negādo p̄sequentiā q̄ fuit xp̄us fuit vere mortuus . igit nō fuit homo . qz vt p̄z et dictis . ascēdēs est verū et p̄ns est falsū . Nā nō ob- stante q̄ in xp̄o fuit facta diuisio corpis et aīe . ratio- ne cui^o dicebat mortu^o . non tm̄ fuit facta solutio v̄nio- nis diuinitatis euz coꝛpe et aīa . rōne cuius d̄z de^o hō Ad scdo dicit . q̄ nec fuit mortal^o . nec imortal^o Et subdit q̄ argumētationes i locū habēt in creaturis deficiūt tm̄ circa fidei sacra . qz b . Amb . vbi fides que- rit argumēta dimittēda sunt . Scdo . p̄positio est hec . Quāuis iste hō et totus xp̄us sit in oi loco nō tm̄ fm̄ to- tū nec est vbiqz hō . Nāc magister ponē querit Etrū in illo triduo christus fuit hō vbiqz fuit . Et respō- det q̄ nō . imo nec mō vbiqz est homo est . Nam fm̄

Di . X

De trib^o m̄gr d̄z

q̄ deus est vbiq̄ ē. nō aut̄ vbiq̄ fm̄ q̄ hō. q̄ nullibi est fm̄ q̄ hō. nisi vbi vnit̄ est hō. Cuz̄ igit̄ non vbiq̄ vnit̄ est hō. sequit̄ ip̄m̄ nō esse vbiq̄ fm̄ q̄ homo. vñ sequit̄ correlarie q̄ x̄p̄s in sepulcro fuit homo et i inferno fuit homo. q̄ vtrōq̄ fuit fm̄ hōiem. in sepulcro quidē fm̄ carnē. in inferno aut̄ fm̄ animā. Circa istud postea remouet dubiū quoddā. Nam v̄bum tm̄ vnit̄ fuit anime in inferno in sepulcro tm̄ carnē. q̄o hic et ibi posset dici hō. eo q̄ hō constat ex aīa et carne. Et r̄ndet q̄ licet illa essent sepata. tm̄ q̄ eadez diuinitas vtrōq̄ erat. non vtrōq̄ dicebatur homo. Sed contra istud arguit sic. Si v̄bum assump̄sisset animā tantū. vel carnē tantum nō fuisset homo cū igitur in inferno habuit animā tm̄. in sepulcro v̄o carnē tm̄. nō fuisset vtrōq̄ homo. Et r̄ndet q̄ x̄p̄s verus homo nō fuisset. nisi carnē et aīaz assump̄sisset sed ex quo post vtriusq̄ assumptionem neutrum illorum a se sepauit. vbiq̄q̄ fm̄ vñ illoz fuit humanus fuit. et p̄ hō in inferno et in sepulcro fuit hō. Et subdit q̄ in illo triduo mortis x̄p̄i tot̄ x̄p̄s fuit in inferno. et totus x̄p̄s fuit in sepulcro. et vbiq̄q̄ fuit. totus fuit. Nam p̄sona x̄p̄i cum esset terrena et indiuisibilis. nō erat maior vel minor qm̄ erat vnita carnē et anime coniunctis. q̄ cū erat vnita carnē et anime diuisis: et per p̄sequens fuit in inferno totus et in sepulcro totus. sed tm̄ non erat vtrōq̄ totus. Sicut l̄z cr̄stus dicit̄ totus deus. non tm̄ d̄: totus deus. cuius rō est. q̄ neutriū genus. p̄pter p̄fusionē quā importat referat ad naturā. sed masculinū. p̄pter distinctionē quā importat siue denotat referat ad p̄sonā. vnde euz x̄p̄o duplex sit natura quarū tm̄ vna sit deus. nō possumus dicere. x̄p̄o totus est deus. sed hū dicim̄ x̄p̄us totus est deus. Tertia p̄positio est hec. Ille homo sc̄z x̄p̄s rōne diuine p̄sonē p̄t dici de celo venisset et esse vbiq̄. Hanc magister ponēs querit. Strum puenit̄ enter posset dici. q̄ iste homo. x̄p̄o denotato. vel filius hōis est vbiq̄ vel descendit de celo. Et r̄ndet q̄ si inspicatur ad vnitatē p̄sonē in qua sunt vnite due nature. tunc tales p̄positiones sunt concedende. si v̄o respiciat̄ ad naturas distinctas sic non sunt p̄cedēde q̄ x̄p̄o fm̄ humanā naturā. nec descendit de celo nec est vbiq̄. Et hoc p̄bat autoritate b. Auḡ. Ex quo etiā insert̄ correlarie q̄ p̄pter vnitatē illaz p̄sonē cr̄stus x̄p̄us cū adhuc esset in terris dicebat se esse in celo p̄pter eandē vnitatē p̄sonē. etiā d̄: deus glorie crucifixus. Quis non fuerit crucifixus nisi fm̄ humanaz naturaz. et sic d̄uenter epylogat̄ p̄determinata. d̄. q̄ hec sufficiat̄ de miserijs x̄p̄i in carnati et passi. Et sic t̄nc terminat̄ istū sc̄dm̄ tractatū 22. Et tm̄ in sp̄ali.

Si christus habuerit fidē et spem vt charitatem.

Im vero su

pra phibitus sit x̄p̄m plenum gratia fuisse. non est supuacuum inq̄rere vtrū fidē et spem sicut charitatē habuerit? Si em̄ his caruit nō videt̄ plenitudinēz gratiarum habuisse Et autem hec questio valeat apertius explicari. De his singulis aliqua in medium proferenda sunt. et primū de fide. fm̄ mensuraz cuius p̄cepit apostolus vnicuiq̄ sapere.

l. XXIII
c
tribus h̄ actandū est
pus de fide

Quid sit fides.

Fides ē v̄tus qua

credunt̄ que non videntur. Quod tamen de omnibus que non videntur accipiendū est. sed de his tm̄ que credere vt ait Auḡ. Augusti. ad religionē p̄tinent. Multa em̄ sunt q̄ si in ench. christianus ignoret. nihil metuendū est. q̄ nō ideo a religione deuiat.

Quot modis dicitur fides.

Accipitur autēz fides

tribus modis. s. p̄ eo quo credit̄ et est virtus. et p̄ eo quod credit̄ et non est virtus et p̄ eo quod creditur quod aliud est ab eo quo creditur. Un̄ Auḡ. inquit. Aliud sūt que credunt̄. aliud fides qua credunt̄. Illa em̄ in rebus sunt q̄ v̄l esse vel fuisse v̄l futura esse dicunt̄. Ihec aut̄ in aīo creditis est: ei tm̄ cōspicua cuius est. et tm̄ nomine fidei censet̄ vtrūq̄. et illud. s. qd̄ credit̄. et id quo creditur. Id qd̄ credit̄ d̄: fides sic̄ ibi Ihec est fides cath̄olica quā nisi q̄sq̄ fideliter firmiterq̄ crediderit salu⁹ esse non poterit. Fides aut̄ qua credit̄ si cū charitate sit virtus est. q̄z charitas vt ait. Amb. Mult̄ est omniū virtutū q̄ om̄s informat. sine q̄ nulla vera virtus est. Fides ergo operans p̄ dilectionē v̄tus est. qua nō visa credit̄. Ihec ē fundamētū qd̄ mutari nō p̄t vt ait apl̄s. que posita in fundamēto neminem perire sinit. Un̄ Auḡ. Fundamētū ē x̄p̄s Iesus. i. x̄p̄i fides. s. que p̄ dilectionē opat̄ p̄ quā x̄p̄s habitat in cordibus. q̄ neminē perire sinit. Alia v̄o nō est fundamētum. Fides em̄ sine dilectione inanis est. Fides cū dilectione xp̄iani est. Alia demonis est. Nam et domones credunt et cōtremiscunt Sed multū interest. vtrū quis credat x̄p̄m vel christo vel in christū Nam ip̄m esse cr̄stum demones crediderunt nec tm̄ in christum crediderunt.

Auḡ. in. lly. li. de trinita.

Ambro. sup̄ epl̄am ad romanos.

Auḡ. de f̄id̄ ad petrum.

Quid sit credere deo. vel deū vel in deum.

Aliud est enī crede

re in deum. aliud credere deo. aliud credere deum. Credere deo est credere vera esse que loquit̄. quod et mali faciūt. et nos credimus homini. sed non in hōiem. Credere deum est credere q̄ ipse sit deus. quod etiam mali faciunt. Credere in deū est creden

do amare. credendo in euz tre. credendo ei adherere et ei^o membris incorporari. Iper hanc fidē iustificat impius. vt deinde ipsa fides incipiat p dilectionē opari. Ea em sola bona opa dicenda sunt. q̄ sunt p dilectionē dei. Ipsa em dilectio opus fidei dicitur. Fides ḡ quā demones et falsi xp̄iani hnt. qualitas mentis est. Nā et malos fidē hnt cū tñ charitate careant apls ondit dicens Si habuero oēm fidē. charitatē aut nō habuero rē. Que fides etiā donū dei dici pōt q̄ in malis quedā dei dona sunt.

An illa informis qualitas mentis que in malo christiano est. fiat virtus cum sit bonus.

Si vero queritur.

vtum illa informis qualitas. qua malus christianus vniuersa credit que bonus christianus. accedente charitate. remaneat et fiat virt^o. an ipsa eliminetur et alia qualitas succedat: que virtus sit? Vtrūlibet sine piculo dici potest. Nō sibi tñ videt. q̄ illa qualitas que pri^o erat remaneat et accessu charitatis virtus fiat.

Ex quo sensu dicat vna fides.

Cūq̄ diuersis mo-

dis dicat fides. fatendum est tñ vnā esse fidem. vt ait apls. vnus dñs. vna fides. Si vniuersā fides accipiatur p eo q̄ credit. siue p eo q̄ credit. recte dicitur fides vna si pro eo q̄ creditur accipiat. Ex hac intelligentia dicitur vna fides qua idē iubemur credere. r vnū idemq̄ est qd̄ credit a cunctis fidelib^o. Unde fides catholica dicitur. i. vniuersalis. Si vero accipiat fides pro eo quo creditur ea ratione vna dicitur esse fides. Non quia sit vna numero in omnibus. sed genere. id est similitudine. Vñ Aug^o. in lib. xiiij. de trinita. Fides quā illi habent fideles vocantur r qui nō habent infideles. cōmunis est omnib^o fidelibus. sicut pluribus hominibus facies communis esse dicitur. cuz tamē singuli suas habeant. Non enim fides numero est vna sed genere. Que cum sit in vno est et in alijs: non ipsa. sed similis. et ppter similitudinem magis vnā dicimus esse q̄ multas. Sicut eidem volentium dicit vna voluntas. cum tamen cuiq̄ sit sua voluntas. et duorum simili modo dicitur facies vna.

Augusti.

Qd̄ fides est de his que non videntur. pprie que tamē videtur ab eo in quo est.

Notandū quoque

est. q̄ fides pprie deo nō apparentibus tñ est. Unde Greg^o. Apparentia nō habent fidem sed agnitionem. Idem cum Paulus dicat. Fides est substantia rerum sperandarum argumentuz non apparentium. hoc veraciter dicitur credi. qd̄ non valet videri. Nam credi iam non potest. quod videri potest. Thomas aliud vidit. et aliud credidit. hominem vidit. et deum confessus ē dices. Deus meus et dominus meus. De hoc etiam Augustinus ait. Fidem ipsam videt quisq̄ in corde suo esse si credit. vel non esse si non credit. Non sicut corpora q̄ videmus oculis corporis. et per ipsoz imagines quas memorie tenemus etiam absentia cogitamus. nec sicut ea que nō videm^o. Et ex his que videmus cōgitatione vt cū q̄ formamus et memorie commendamus. nec sicut hominem cuius animam et si non videmus ex nostra conijcimus et ex motibus corporis hominem sicut videndo didicimus intuemur etiam cogitando. Non sic videtur fides in corde in quo. ē ab eo cuius est. sed eam tenet certissima scientia. Cum ergo ideo credere iubeamur quia id quod credere iubemur videre non possumus. ipsam tamen fidem quando est in nobis videmus in nobis. quia r rerum absentium presens est fides. et rerum que foris sunt intus est fides. et rerum que non videntur videtur fides. Et ipsa temporaliter sit in cordibus hominum. et si ex fidelibus infideles fiunt perit ab eis. His verbis euidenter traditur fidem ipsam in corde hominis ab ipso homine videri. non corporaliter. non imaginarie. sed intellectualiter. et ipsam tamen absentium et eozuz que non videntur esse. Ut enim Augustinus alibi ait. Credimus vt cognoscamus. non cognoscimus r credamus. Quid enim est fides nisi credere quod nō vides. Fides ergo est quod nō vides credere. veritas quod credidisti videri. Unde recte fides dicitur argumentū vel conuictio rerum non apparentiū. Quia si fides est. ex eo conuincitur et probatur aliqua esse non apparentia. cum fides nō sit nisi de non apparentibus.

Grego.

Aug^o. in lib. xiiij. de trinita.

Augusti in cōf.

Quare sola fides vniuersa

Aug^o. in lib. xiiij. de trinita.

Descriptio fidei.

Ut enim apostolus

fides est substantia rerum sperandarum argumentum vel convictio apparentium. Quia per fidem subsistunt in nobis etiam modo speranda, et subsistent in futuro per experientiam et ipsa est probatio et convictio non apparentium. Quia si quis de his dubitet, per fidem probentur, ut adhuc probatur futura resurrectio, quia ita crediderunt patriarche, et alij sancti. Vel probatio est et certitudo quod sint aliqua non apparentia ut supra dictum est. Proprie autem fides dicitur substantia rerum sperandarum, quia sperandis subsistat. Et quod fundamentum est bonorum quod nemo mutare potest.

Si illa descriptio spei conveniat.

Si vero queritur

an hec descriptio spei conveniat: sane procedi potest utrumlibet. Si autem dicatur convenire, sunt et alia plura quibus differunt fides et spes sed non improbe dici potest soli fidei convenire non spei, quia fides sola fundamentum dicitur. Unde Augustinus. Fides operans per dilectionem utique sine spe esse non potest. Nec amor sine spe, nec sine amore spes, nec utrumque sine fide, et fides sine amore nihil potest. Potest tamen credi aliquid quod non speratur, nihil autem potest sperari quod non creditur. Ideoque credere quod est actus fidei, naturaliter precedit sperare quod est actus spei, quia nisi aliquid credatur non potest sperari. Creditur autem quod non speratur. Unde est quod in scriptura plerumque reperitur quod fides precedit spem et spes sequitur fidem, non quod virtus fidei precedat virtutem spei tempore vel causa, sed quod actus fidei naturaliter precedit actum spei, quod etiam quidam concedunt de ipsa virtute fidei ut naturaliter precedat spem non tempore. Unde et recte sola dicitur fundamentum omnium virtutum et bonorum operum. Non autem fundamentum est charitatis quia non ipsa charitatis, sed charitas ipsius virtutis fidei causa est. Charitas enim causa est et mater omnium virtutum. Que si desit, frustra habentur cetera. Si autem assit habentur omnia. Charitas enim spiritus sanctus est ut in superioribus prefiguratus est. Ipsa est ergo causa omnium virtutum, non ipsius aliqua virtutum causa est, qua omnia munera excellit. Unde Augustinus. Respice ad munera ecclesie, et universis excellentius charitatis

munus cognosces, que ut oleum non potest premi in imo sed superexilit. Non ergo eius causa vel fundamentum fides est. Gregorius. Gregorius tamen super ezechielem dicit, quod nisi prius fides teneatur nullatenus ad spirituales amorem attingitur. Non enim charitas fidem sed fides charitatem precedit, quia nemo potest amare quod non crediderit sicut nec sperare. Sed hoc accipi potest esse dictum de fide, que virtus non est. Ipsa enim spes et charitate frequenter precedit, vel de actu fidei quod forte naturaliter actum charitatis precedit sicut actum spei. Quod verba premissa diligenter notate innuunt et ea etiam que addit dicens. Nisi ea inquit que audis credideris, ad amandum ea que audis non inflammaberis. Que tamen de non visis est: ut ante diximus. In Chrysostomo. Fides in anima nostra facit subsistere ea que non videntur. De quibus proprie fides est. De visis enim non est fides sed agnitio.

Ista est distinctio. xxiii. huius tertij libri. In qua magister postquam egit de christi incarnatione, et de eius passione in duobus tractatibus precedentibus huius tertij libri. Agit hic consequenter de donis mediis quibus reperitur completive et formaliter, et maliter reparari christi passione effectivae et causaliter. Et tria circa hoc facit in presenti distinctio in qua agit de fide. Nam primo ostendit quid sit fides formaliter. Secundo de quibus sit fides materialiter. Tertio determinat quandam opinionem ibi. Si vero queritur. Tertium incidentaliter. Primum versus ibi. Notandum vero est secundum versus ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Fides est virtus qua creduntur que ad salutem pertinent et non videntur. Hanc magister ponens querit. An christus habuit fides et spem sicut habuit charitatem et dicit quod sic, quia dato opposito videtur sequi quod christus non habuisset plenitudinem gratiarum, quod est contra supradicta. Pro ipsius questionis evidentia ponit magister primo fidei distinctionem dicens, quod est virtus qua creduntur que non videntur, supple. ad religionem christianam pertinentia. Consequenter declarat membra predictae distinctionis. Et primo illud quod fides est virtus. Unde dicit quod fides tripliciter potest accipi. Primo pro habitu charitate informato cuius modi est habitus fidei in virtutibus iustis et bonis. Secundo modo pro habitu non informato charitate quomodo est habitus fidei in malis et iniustis hominibus. Tertio vero pro ipso credibili scilicet pro articulis fidei. Unde dicitur in symbolo. Hec est fides catholica etc. Ex his intendit inferre quod fides que est credibile non est virtus de qua loquitur in predicta distinctione, eo illa non sit virtus mentis sed magis constat in ipsis rebus que creduntur, neque fides informis est virtus quia quis illa sit habitus in mente subiectis, tamen quod est mortua id non est virtus de qua non loquitur. Sed tantum fides formata que est habitus per dilectionem operans est virtus de qua intendit. Et quod illa habitat in nobis. Postea declarat aliud membrum distinctionis scilicet qua creduntur que non videntur dicens, aliud est credere deum, et aliud est credere deo, et aliud est cre-

nare dicitur a fidei fundamentum. Aug. super Jobannem.

vere in deum. Na credere deo est credere ea esse vera que deus dicit. credere deū est credere ipsum esse deum. Sed credere in deū est credēdo in deū per bona opera ire. vel credere in deū est ei p amorez inherere. Primit duobus modis credunt mali et demones. scilicet tertio modo solū sancti et boni homines. qz isto tertio modo credere est fidē formatā habere. Sed duo primi modi credendi sunt fides informis que est malorū hominū et demonū. et tamen est donū dei et qualitas mentis. quia mali etiā quedā dona dei hnt. Istis primitis magister remouet quasdā dubitanōes. quarū prima ē hec. Signet aliquis qui habet fidē informē et incipiat habere charitatē. dubitari potest an fides q̄ prius fuit informis maneat in eo et efficiat virtus. an illa depulsa succedat alia que est fides et virtus formata. Et rōdēns dicit. q̄ quis vtrūqz possit dici. tamen videtur dicendū q̄ illa que prius fuit informis remaneat. et p charitatis aduentū formata fiat. Scda dubitatio est. Nam ex quo fidem supius distinxit tripliciter. dubitari potest an esset tantum vna fides tenenda vel plures. Et respondet q̄ tū vna fides est fm a postolū confitenda siue fides capiat pro illa credibilitate siue p habitu. Nam fides capta p ipso credibili vna est. Nam vnum et idē omnes credere p̄cipimur. Sc̄pta autē p habitu quo creditur iterū vna est in omnibus credentib⁹ non numero sed specie. seu similitudinē sicut plurimū hominū idē volentium dicit vna esse voluntas. Scda ppositio est hec. Licet fides sit materialiter de his que non apparent. i. que excedūt cognitionem naturālē. tū q̄ ipsa sit in nobis possum⁹ videre p noticiam intellectuā. Hanc magister ponens ostendit de quo est fides materialiter. Et dicit si dem materialiter esse de nō apparentibus. qd̄ pbat auctoritate bea. Aug⁹ dicit q̄ licet videre non possum⁹ que credimus. ipm tū fides qua credimus in nobis videmus non visione corporali vlt imaginaria aut similitudinaria sed intellectualiter cognoscēdo ipam esse eorum que non vident. Postea confirmat intentum suū scilicet q̄ fides sit de non apparentibus per auctoritatem apostoli diffinientis fidem. q̄ sit substantia rerum sperandarū argumentū non apparentium. Quā diffinitionem declarans dicit. q̄ fides est substantia rerum sperandarū. quia res sperande percipiuntur in nobis per experientiam in futuro. Nō autē subsistunt sub fide. Et dicit argumentū non apparentium. i. p̄batō et certitudo ipsoz. Potest etiā dici fides est substantia rerū sperandarū. eo q̄ fides sit immutabile omnū bonorum fundamentū. Tertia ppositio est hec. Quāuis inter fidem et spem sit aliqua conuenientia. inter eas tū et maloz differentia. Hanc magister ponens querit. Utrū ista diffinitio fidei quā ponit apostolus conueniat etiā spei. Et respondendo dicit q̄ sane intelligendo vtrūqz ipsoz conuenire potest. Non tū ppter hoc fides et spes sunt vnum. qz licet cōueniant quo ad illud. sunt tū multa alia in quibus differunt. Et etiā dicit q̄ p̄t p̄babiliter dici. q̄ conueniat soli fidei et non spei. eo q̄ sola fides sit fundamentū omnū virtutum et bonoz: quod pbat auctoritate bea. Aug⁹. quam postea declarās dicit. q̄ quāuis fides dicat fundamentū oīm virtutū et bonozum operū. non tū charitatis. eo q̄ nō fides charitatis. sc̄ charitas fidei sit causa. cū sit oīm virtutū mater et summa. imo est ipse spiritus sanctus vt in primo libro dicitur. Et si obijceret contra illud dicēdo q̄ fides sit cā charitatis que ipsam p̄cedit. cū nullus posset amare qd̄ non credit. Rōdēns p̄t q̄ fides informis q̄ videtur licet non est virtus charitatem p̄cedit. vel q̄ actus fidei p̄cedit actū charitatis. et si non tpe tū cā vel naturaliter. Quod confirmat auctoritate. b. Aug⁹. Et tū in speciali de sententia hulus distinctionis.

Quō intelligit qd̄ scriptū est cum factū fuerit credatis.

Ic querit si

b fides tantum de nō visis est. Di. XXI
III
quō vitas aplis ait. Nūc dico vobis priusq̄ fiat vt cū factum fuerit credatis. vbi inui videt. q̄ fides illis fuerit de factis et visis. Sup quo Aug⁹. mouet questionem et absoluit ita in quiens. Quid sibi vult. vt cuz factū fuerit credatis? Hec est laus fidei. si quod credif non videtur. Nam et thomas cui dictū est quia vidisti me credidisti. nō hoc credidit qd̄ vidit. Lernebat em̄ et tangebatur carnem viuētē quā viderat morientē. et credebat deum in carne ipsa latentē. Credebat ergo mente qd̄ nō videbat. p hoc quod sensibus corporis apparebat. Si vero dicunt credif q̄ vident sicut dicē vnusqz oculis suis credidisse. non ipsa est que in nobis edificat fides sed ex rebus que vident agitur in nobis vt ea credant que non vident. Ex his aperte intelligitur. q̄ p̄prie fides nō apparentiū est. Nec illa est fides qua in christo edificatur qua dicimus visitata locutione nos ea credere que videmus. Alibi tamē dicit Augustinus fidem esse de rebus presentib⁹ qd̄ erit in futuro. cum per speciem deuz presentem contemplabimur. que tamen non p̄prie dicitur fides s̄ veritas Et inquit fides qua creduntur ea que nō videntur. Sed tamen est etiam fides rerū. quando nō vobis sed reb⁹ ipsis p̄sentibus credif. Quod erit cū per speciem manifestam se p̄templandam sanctis p̄bebit dei sapientia. Sed nō p̄prie hec dicitur fides imo fidei merces ad quā credendo puenitur. vt ex fide vborū transeat iustus in fidem rerū.

Si petrus habuit fidē passiōis quā vidit hoiem illum pati.

Si vero queritur

vtrūqz petrus fidem passionis habuerit. cū hominem xpm oculis pati cernebat. Dicimus eum fidem passionis habuisse. non in eo q̄ credebat hominez pati quia hoc videbat. sed in eo q̄ credebat deum esse qui patiebatur. Nō em̄ virtus fidei erat q̄ credebatur homo pati et mori qd̄ iudeus cernens credebat. sed q̄ credebatur deus esse q̄ patiebatur. Unde Aug⁹. sup illū psalmi locum

Respondite ei in via virtut' sue. Laus fidei est nō qz credit hominē illuz mortuū quod et paganus credit. sed quia credit eū glori- ficatum et verū deū. Credit ergo fides de- um mortuum et hominē glori- ficatum. Non ergo fuit petro fides credere hominē illuz mori qd oculis cernebat. S; credere deum esse qui moriebatur. Nec nob etiā fides in hoc meretur qz credimus hominem illum mortuuz quod et iudeus credit. s; quia cre- dimus hominē deū mortuū.

Si aliq sciunt q credunt.

Post hoc queri so-

let cū fides sit de non apparentibus et nō vi- sis. vtrum etiā sit de incognitis tantū? Si etiā de incognitis tm ē. De his videtur esse tantū que ignorant. Sed sciendū est. qz cū visio alia est interior. alia exterior. nō est fi- des de subiectis exteriori visioni. Est ta- men de his que visu interiori vtuntur ca- piunt. Et quedā sic capiunt vt intelligat' et si nō vt in futuro. quedam autem nō. qz cum fides sit ex auditu nō modo exteriori sed interiori. non potest esse de eo quod om- nino ignoratur que ipsa ad sensum corpis non p̄inet. vt ait Aug' dicens. Quis ex auditu fides in nobis sit. nō tm ad cum sen- sum corpis pertinet qui dicit' auditus: qz non est sonus. nec ad vllū sensum corpis. qm cordis est ista: non corporis. Quedam ergo fide creduntur que intelliguntur natu- rali ratione. Quedaz vero que non intelli- guntur. An ppheta. Nisi credideris non intelliges. Quod Augul. apte distinguit. Alia sunt inquit que nisi intelligamus nō credimus. alia que nisi credamus nō intel- ligemus. Nemo tm potest credere in deum nisi aliquid intelligat cum fides sit ex audi- tu p̄dicationis. Idem in libro de trinitate. Certa fides vtuntur inchoat cognitionem. Cognitio x̄o certa non perficitur nisi post hāc vitā. Ambro. quoz ait. vbi fides: nō statim cognitio. vbi cognitio est fides pre- cedit. Ex his apparet aliqua credi que non intelliguntur vel sciunt' nisi prius credat'. Quedam x̄o intelligi aliquādo etiā ante q̄ credantur. Nectamen sic intelliguntur modo vt in futuro scientur. et nunc etiam per fidem qua mundantur corda ampli' in- telliguntur. quā nisi per fidem diligantur de- us. nō mundat' cor ad sciendum eū. Unde Aug'. Quid est deum scire nisi ei in mente conspiciere. firmēqz percipere. Sed et prius

q̄ valeamus perspicere. et percipere deum sicut percipitur a mundis cordibus nisi p̄ fidem diligatur. non poterit cor mundari quo ad eum videndum sit aptum. Ecce hic aperte habes quia non potest sciri de- us nisi prius diligendo credat'. Supra au- tem dictum est. qz nemo potest credere in deū nisi aliquid intelligat. Unde colligit' non posse sciri et intelligi credenda quedaz nisi prius credant'. et quedam non credi ni- si prius intelligantur. et ipsa per fidem am- plius intelligi. Nec ea que prius credunt' q̄ intelligantur penitus ignorantur: cum fides sit ex auditu. Ignorantur tamen ex parte quia non sciuntur. Creditur ergo qd ignoratur sed non penitus sicut etiā ama- tur quod ignoratur. Unde Augul. Sciri aliquid et non diligi potest. Diligi x̄o qd nescitur quero vtrum possit. Si nō potest nemo diligit deum anteq̄ sciat. Vbi autez sunt illa tria. fides. spes. charitas. nisi i ani- mo credente quod nondum scit. et sperante et amante quod creditur. Amat' ergo et qd ignorat. sed tm creditur.

Qz creditur et amant' que ignorantur.

Augusti.

Ista ē distinctio. xxxiiij. hui' ter-

ty libri. In qua magister postq̄ egit de fide fm se. Agit de ipsa in comparatione ad ea que creduntur. Et tria facit. Nam primo inquit an fides possit esse de p̄teritis visis. Secundo an possit esse de pluribus visis. Tertio an possit esse de cognitis. Primum vsqz ibi. Si vero querit. Sedm vsqz ibi. Post hec so- let queri. Tertius vsqz ad finē distin. In speciali sen- tentia magistri stat in tribus p̄positionib' quarum prima est hec. fides virtus theologica est de non vi- sis absentibus. Hanc magister ponens querit quo- modo fides est de non visis. cum ipsa veritas christi in euangelio dicit. Nunc dico vobis prius q̄ fiet. vt cū factum fuerit credatis. p̄ quod haberi videtur qz fides sit de visis seu de factis p̄teritis. Et respondet qz quis sit p̄p̄te non de visis. tm q̄qz large nos cre- dere dicimus etiam ea que videmus seu vidim' fm quē modū loquit' x̄ps in euāgelio. sed illa fides qua credunt' que videntur nō est fides de qua hic agitur que p̄p̄te est d̄ nō apparentibus. Et si obijciat auto- ritate bea. Augul. qua dicit. qz fides est de reb' p̄se- sentibus. s. qm in patria videmus deū seu videbim' ipm. Dico qz fides non accipit' ibi ab Aug. p̄ fide q̄ est habitus qua credit'. sed magis p̄ mercede fidei quā in patria habebimus. Secūda p̄positio est hec fides virtus theologica non est d̄ visis presentibus. Hanc magister insinuans querit. Utruz Petrus ha- buit vel habere potuit fidē passionis christi quam vi- dit p̄sentē. Et respōdet qz Petrus habuit vel habe- re potuit fidem passionis x̄pi. non quidem ex hoc qz credebat hominē illum pati quē pati videbat. sed in hoc et ex hoc qz hominem illū quē pati videbat deū esse credebat sicut et nos fide illa non meremur qua credimus hominem crucifixū esse mortuū. qz hoc vi- demus et paganus credit. s; ex hoc meremur qz cre- dimus hominem crucifixum eē deum. Tertia p̄posi- tio est hec. Quāuis vera fides non admittit extero- rem visionē. non tamen omnino excludit interiorem.

X fides nllō ap̄t' sensu.

Aug' in .xliij. de trini.

Aug' . super tonariū de .

Ambrosi'

Aug' in .viij. de trini.

cognitionē. Hanc m̄gr ponens q̄rit. An sicut fides est de nō visis. possit etiā esse de non cognitis. Et arguit q̄ nō. q̄ dato q̄ sic. tūc fides posset esse de igno-
 ratis. eo q̄ incognita ignorētur. Et respōdēdo distin-
 guit visionē in visionē interiorē et visionē exteriorē.
 Et dicit q̄ quis fides non possit esse de his que sub-
 sunt visioni exteriori. nō potest esse tamen nisi de his
 que aliquo modo capiunt visionē interiori. An seq̄-
 tur q̄ fides non pōt esse de omnino incognitis. q̄d vi-
 terius confirmat auctoritate beati Augusti. Pro isto
 rū maiori intelligētia ex dictis elicit quādam diuisio-
 nē credibilū. Dicens quedā esse intelligibilia que p̄-
 us intelligunt naturali ratione quā credunt. Ita tū
 non ita intelligunt in via sicut cognoscunt in patria.
 vbi p̄ fidē que corda emundat talia melius cognoscē-
 tur quā hic sunt cognita. vnde nō sunt penitus igno-
 ra licet ignorant ex pte. quedā vō prius creduntur
 q̄ intelligunt. de quibus dicit. Non intelligetis nisi cre-
 dideritis. et tū omnia illa non sunt totaliter ignota.
 sed ex pte et aliquo modo. vnde cōcludit fidem eē de
 his que aliquo modo sūt cognita. et aliquo modo nō
 Et tū in speciali de snia huius distinctionis.

De fide antiquorum.

DI. XXV

Redictis ad

p̄ scienduz est de sufficientia fi-
 dei ad salutē. Illis enim qui
 precesserunt aduentum chri-
 sti et qui sequuntur: videt̄ p̄fecisse s̄m tem-
 poris processum. sicut p̄fecit cognitio. Fi-
 des quippe magna dicitur cognitione et ar-
 ticulorum quantitate vel constantia et de-
 uotione. Est autem quedam fidei mensura
 sine qua nunq̄ potuit esse salus. An apo-
 stolus. Oportet accedentem credere. quia
 deus ē. et q̄ remunerato: est sperantium in
 se. Sed querit̄ ytrum hoc credere ante ad-
 uentum et ante legem ad salutē suffecerit?
 Nam tēpore gratie constat certissime hoc
 non sufficere. Oportet em̄ vniuersa credi
 que i symbolis continentur. Sed nec ante
 aduentum. nec ante legem videtur hoc suf-
 fecisse. quia sine fide mediatoris nulluz ho-
 minem vel ante vel post fuisse saluum san-
 ctorū auctoritates cōtestantur. An Auḡ?
 ad optatum. Illa fides sana est qua credi-
 mus nulluz hominē siue maioris siue par-
 ue etatis liberari a cōtagione mortis et ob-
 ligatiōe peccati quod prima natiuitate cō-
 traxit. nisi per vnum mediatorem dei et ho-
 minum Iesum christum. Cuius hominis
 eiusdemq̄ dei saluberrima fide etiā illi iu-
 sti salui facti sunt qui priusq̄ veniret in car-
 nem. crediderunt in carnem venturum.
 Eadem enim fides est et illorum est nostra
 Proinde cum omnes iusti siue ante in-
 carnationem siue post. nec vixerint nec
 viuant. nisi ex fide incarnationis christi.

Q̄ sine fide
 mediatoris
 nunq̄ fuerit
 salus.

Augusti.

Profecto quod scriptum est non eē ali-
 ud nomen sub celo in quo oporteat salua-
 ri nos. ex illo tempore valet ad saluandum
 genus humanum ex quo in adam viciatū
 est. Idez. Nemo liberatur a damnatiōe q̄
 per Adam facta est nisi per fidem iesu chri-
 sti. Idem. Eadem fides mediatoris q̄ nos
 saluat. saluos iustos faciebat antiquos pu-
 illos cuz magnis. quia sicut credim̄ chri-
 stum in carne venisse. Ita illi venturū. Et
 sicut nos mortuum. ita illi moriturum. et si
 cut nos resurrexisse. ita ille resurrecturum
 et nos et illi ad iudicium viuorum et mor-
 tuorum venturum. Greḡ super Ezechie-
 lem. et qui preiubuit et qui sequebatur cla-
 mabāt dicentes: osanna filio dauid et c. q̄a
 omnes electi qui in iudea esse poterunt. si-
 ue qui nunc in ecclesia sunt. in mediatorē
 dei et hominū crediderunt et credunt. Ibis
 alijsq̄ pluribus testimonijs p̄spicue doce-
 tur. nulli vnq̄ salutem esse factam nisi per
 fidem mediatoris. Oportet ergo acceden-
 tem credere que supra dixit apostolus. sed
 non sufficit.

August. in l.
 de correptione
 et gra.
 August. in l.
 de naupis et
 de papianis
 tia.

Greḡ sup
 Ezechiele

De fide simplicium.

Quid ergo dicetur

de illis simplicibus. quibus non erat reue-
 latum mysteriuz incarnationis qui p̄ se cre-
 debāt quod eis traditum fuit. Dicit̄ potest
 nullum fuisse iustuz vel saluū cui non esset
 facta reuelatio vel distincta vel velata in
 aperto. vel in mysterio. Distincta vt abrae
 et Moysi. alijsq̄ maioribus qui distincti-
 onem articulorum fidei habebant. Vela-
 ta vt simplicibus quibus reuelatum erat
 ea esse credenda. que credebant illi maio-
 res et docebant: sed eorum distinctionem
 apertam non habebant. Sicut in ecclesia
 aliqui minus capaces sunt. qui articulos
 symboli distinguere et assignare non valēt
 Omnia tamen credunt q̄ in simbolo con-
 tinentur. Credunt enim que ignorant ha-
 bentes fidem velatum in mysterio. Ita et
 tunc minus capaces ex reuelatione sibi fa-
 cta maioribus credendo inherabant qui-
 bus fidem suam quasi committebant. vnde
 Job. Boues arabant et asine pasceban-
 tur iuxta eos. Simples et minores sunt
 asine pascentes iuxta boues. quia humilia
 te maioribus adherendo in mysterio cre-
 debant que et illi mysterio docebāt. qualis
 forte fuerat vidua sareptana.

Job

Que ante aduentū xpi de media-
tore credere sufficebant.

Sed querit cum si

ne fide mediatoris antiquis non fuerit sa-
lus sicut nec modernis. vtrum oportuerit
illos credere omnia illa de mediatore que
nunc credimus? Quibusdam videt q̄ sus-
fecerit illis quattuor tñ credere. scz natiui-
tatem. mortem. resurrectionem. aduentum
ad iudicium. quod ex pmissis verbis Au-
gustini colligunt vbi ista quattuor posuit
Alis aut videtur habita fide trinitatis id
de mysterio incarnationis fidei suffecisse vt
dei filius crederetur nasciturus de homi-
ne et iudicaturus. Qui de Johanne bap-
tista documentū huius rei assumunt. qui de
morte christi et descensu ad inferos in euan-
gelio dubitasse videtur fm expositionem
Grego. quando interrogauit per discipu-
los. Tu es qui venturus es an alius expe-
ctamus. Quasi es tu p teipm descensurus
ad infernum. an aliū ad hec sacramēta mis-
surus es. Quidam tamen dicūt euz nō du-
bitasse de ignorantia. sed de pietate. id est.
dubitare se ostendisse nō quia ignorauit s̄
pietatis affectu cōpassum esse christo et ei
humilitatē ammirādo insinuasse.

De fide cornelij.

Solet etiam queri

de cornelio. vtruz fidem incarnationis ha-
buerit cū dictum sit ei p angelum. accepte
sunt elemosyne tue. et exaudite sunt oratio-
nes tue? Si enim fidem incarnationis non
habebat tunc. ergo sine fide incarnationis
erat et iusticia. qz de illo scriptū est. q̄ iust
erat timens deū. Si vero fidem incarnati-
onis habebat. ad qd ergo missus est ad eū
Petrus? Sane dici pōt eum sicut fidem vni-
tatis. ita et incarnationis habuisse dei reue-
latione. sed incarnatū iam esse dei filiu
ignorasse. et ideo missus est ad euz pctrus vt
iam natū dei filiu ei annūciaret. et sacramē-
tum regenerationis ei conferret. Habebat
ergo fidem incarnationis. sed an facta vel
futura esset. nō nouerat. Et ita per fidem ve-
nit ad opera et p opera ampli⁹ solidatus ē
in fide. p̄der fides enī vt ait Grego. venit
ad opera Corneli⁹ etiam p fidem venit ad
opera. Deū enim vnū credebat. sed filium
eius nesciebat incarnatū. p̄der fidem pla-
cuerūt deo opera eius. Sine fide enim im-

possibile est aliquem placere deo. August. Augusti.
vero dicit cornelio dictū esse per angelum.
Accepte sunt elemosyne tue et orationes tue
anteq̄ in christū crederet. nec tamen sine
aliqua fide donabat et orabat. Nam quo-
modo inuocabat in quē non credebat. S̄
si posset sine fide christi esse salus. nō ad eū
mitteretur architectus ecclesie Petrus. At
tendite qd ait sine fide christi non posse esse
salutem. et tamen corneliū exauditum ante
q̄ crederet in christum. Ad ita potest intel-
ligi: scz anteq̄ sciret christū incarnatum in
quē credebat in mysterio.

De qualitate fidei. spei. charitatis
et operis que fm aliquid sūt equa-
lia.

Illud etiam non est

pretermittendum q̄ fides spes charitas et
operatio fm aliquid equalia sūt in presen-
ti. Unde Grego. Fidem. spem. charitates. Grego sup
atq̄ operationem dum in hac vita viuim⁹ Ezech.
equales sibi esse apud nos inuenim⁹. quia
quantum credimus tantum amamus. Et
quātū amam⁹ tantū despe psumim⁹. Quis
enī fidelis tantū credit quātū sperat et
amat. et tantū operat⁹ quātū credit et amat
et sperat. Sed tamen maior spe et fide cha-
ritas dicitur. qz euz ad dei speciem puenit
spes et fides transit. sed charitas permanet
Et quia charitas mater ē omnīū virtutum
q̄ non ideo post fidem et spem ponitur qz ex
eis oriatur. sed post illa remanebit aucta.
Charitas enī nunq̄ excidit. p̄missa au-
tem equalitas proprie fm interiorū actiū
intentionem consideranda est. Huius vero
qd hic et superius dictū est. s. qz charitas
non est ex fide et spe. sed econuerso. videtur
obuiare qd ait apostolus. Finis p̄cepti est
charitas de corde puro et conscientia bo-
na. et fide nō ficta. Quod exponens Augo
Lo: accipit p intellectu et conscientiaz pro
spe. Qualis inquit charitas est finis p̄ce-
pti p̄cedens de corde puro. id est. de puro
intellectu vt nihil nisi de⁹ diligat. et consci-
entia. id est. de spe bona. et fide non ficta. i.
simulata Non ergo charitas fidem et spem
sed fides et spes charitatem p̄cedere vi-
dentur. Hoc ergo ea ratione traditū intel-
ligenon qz fides et spes causa vel tempore
charitatem omnīū bonorū matrem p̄-
cedant. s̄ quia charitas sine illis in aliquo
esse non potest. sed illa sine charitate pos-
E 2

sunt esse. Quis non sit pia fides vel spes sine charitate. Ideo ergo ex fide et spe procedere dicitur charitas. quia nulli prouenit sine istis.

Ista est distinctio. xxv. huius tertij libri. In qua magister postquam egit de fide in comparatione ad ea que creduntur. Agit de ea in comparatione ad credentes. et hoc quo ad quantitatem fidei ipsius credentibus. Et tria circa hoc facit. Primo agit de quantitate fidei extensiva. Secundo vero de firmitate fidei intensiva. Tertio vero exponit quedam verba apostoli que fuerunt cuiusdam dubitationis causa motiua. Primum vsq; ibi. Illud etiam non est. Secundo vsq; ibi. Huic vero. Tertium vsq; ad finem distinctionis. In spali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Tripliciter creuit fides patrum antiquorum sicut et cognitio dei secundum precessum temporum. Hanc magister insinuans proponit primo quod secundum precessum temporis profecti fides in his qui erant ante aduentum christi. et post aduentum sicut fecit cognitio. quod determinans dicit. quod fides dicitur proficere cognitione articuloz quantitate constantia et deuotione credentium. Et subdit quod quibus diebus profecisse sunt tamen aliqua ad fidem pertinentia sine quibus nullo tempore potuit esse salus cuiusmodi sunt credere deum esse. et ipsum esse in se sperantium primum remuneratoz. Postea mouet quattuor questiones ad incrementum fidei pertinentes. Prima est. Cum certum sit quod credere tamen et hec duo iam dicta non sufficiunt ad salutem tempore gratie sine alijs articulis contentis in simbolo. Utrum ante christi aduentum antiquis sufficeret. Et respondet quod non. Nam ex quo omnes propter peccatum primi parentis erant peccato obligati. nullus ipsorum sine fide christi mediatoris poterat saluari. unde quotquot saluati sunt fidem christi habuerunt. Nam eadem fuit fides antiquorum et nostra. In tempora sunt mutata. quia sicut nos credimus ipsum passum. ita ipsi crediderunt ipsum passurum et sic de alijs que non credimus. Ista magister probat auctoritate beati Augustini. Secunda questio est. quod simplices antiqui salui fiebant. eo quod incarnationis mysterium eis non fuit reuelatum. Et respondet quod nullus fuit saluatus vnquam. cui filij dei incarnatio aliquo modo non fuerit reuelata. Nam maioribus sicut abrahe et Moysi et sic de alijs distincte et aperte fuit reuelata. minoribus autem et simplicibus in velamine et mysterio. credebant enim ipsi tunc minore quod maiores docebant. sicut et modo simplices credunt que in simbolo fidei continentur. articulos tamen fidei nunc distinguere valentes. Tertia questio est. Utrum oportuit antiquos credere de christo mediatoris omnia que nunc credimus. Et respondet quod quibusdam videtur quod sufficeret eis ad salutem tamen quattuor credere. scilicet natiuitate. morte. resurrectione. et aduentu ad iudicium. colligentes hoc ex libris beati Augustini. qui potest etiam magister in se. Alijs autem ut dicit magister visum fuit. quod cum fide trinitatis sufficerent eis tamen duo scilicet ut filium dei crederent nasciturum et eum etiam omnes esse iudicaturum sumentes originem sue opinionis ex hoc quod Iohannes baptista de morte christi et de descensu eius ad inferos dubitasse videtur secundum beati Hieronymi. exponente illud. tu es qui venturus es an alium expectamus. Quibus tamen alij dicunt quod illa questio Iohannis non precessit ex dubitatione ignorantie Iohannis sed ex affectu pietatis ac si propter utilitatem discipulorum suorum ad modum dubitatis se haberet. Quid autem magis de his duobus sit tenendum magister non determinat. Quarta questio est. utrum Cornelius de quo legitur in actibus apostolorum. quod fuerat vir iustus et timens deum. habuerit fidem de incarnatione christi. Et quod sic ar-

est q[uo]d vterq[ue] timor scilicet seruilis et inchoatis. in scripture diuersis locis dicitur inchoatum sapientie. et ita fore comperies si diligenter annotaueris loca scripture in quibus de timore domini fit mentio. ex alia tamen ratione et causa diuersa dicitur seruilis timor inchoatum sapientie et ex alia inchoatis. Seruilis eni[m] ideo dicitur inchoatum sapientie. q[ui]a p[re]parat locum sapientie et ducit ad sapientiam: sed tamen non remanet cu[m] ea imo foras exit. Inchoatis vero dicitur inchoatum sapientie. quia est inchoata sapientia. quem cum quis habere incipit. sapientia[m] et charitatem habere incipit. **I**nde etiam est q[uo]d vterq[ue] timor dicitur inchoatis. quod inuenire poteris p[er] diuersa scripture loca. **¶** Vterq[ue] etiam timor interd[u]m dicitur seruilis. q[ui]a et ipse inchoatis qui e[st] in charitate inchoata. aliq[ui]d habet de seruili. scilicet ango[rum] pene. sicut et aliquid habet de casto. scilicet q[uo]d timet offendere ac separari.

¶ De hoc quod Aug[ustinus] dicit castu[m] timore[m] esse eternum.

Illud quoq[ue] diligenter est notandum q[uo]d in superioribus Aug[ustinus] dicit castu[m] timore[m] esse eternum p[er] quod confirmatur p[re]missa sententia scilicet q[uo]d spirit[us] timoris erit in futuro sicut et alia dona spiritus sancti. sed non habebit omnem illum vsum quem modo habet. Faciet eni[m] tunc nos reuereri deum non timere sperari vel carere. Fuit ergo et in christo timor ille. sed iuxta vsum illum quem habebit in futuro in sanctis. **N**on eni[m] timuit x[ristus] separari vel offendere deu[m] sed eum p[ro] omnibus reueritus est.

¶ In timore pene qui fuit in christo fuerit seruilis vel inchoatis vel alius.


Cum autem fuerit

in x[risto] timor pene. querit[ur] an iste timor fuerit mundanus. vel seruilis vel inchoatis. **A**d q[uo]d dicim[us] nullu[m] eor[um] fuisse in x[risto]. q[ui]a timor mundanus malus est vt supra dictu[m] est. et

in primo gradu cuius modo descripsi. Seruilitas vero vel inicialis imperfecta charitate non est. Nullus ergo timor istorum fuit in christo. Quis ergo fuit timor iste quo penam timuit? Potest timor ille dici naturalis vel humanus qui omnibus hominibus inest: quo horretur mors ac formidat pena. Et dicitur timor iste naturalis non quia accesserit homini ex natura sed quia prius fuit instituta, quia non fuit iste timor concretus homini nec de bonis naturalibus sed quia ex corrupta natura pro peccati omnibus aduenit, cui correptione inoleuit: tanquam esset naturalis, et est iste timor effectus peccati ut predictum est.

Ista est distinctio, xxxiii. huius tertij libri. In qua magister postquam egit de virtutibus agit de donis. Et tria facit. Nam primo agit de donis in communi. Secundo de timore in speciali. Tertio infert quedam ex determinatis. Primum versus ibi. Et quod de timore. Secundo versus ibi. Illud quoque diligenter. Tertium versus ad finem distinctio. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Septem dona spiritus sancti, que a virtutibus non differunt nec in patria cessabunt fuerunt in christo. Hanc magister ponens querit tres questiones quarum prima est. An dona spiritus sancti sunt idem quod virtutes. Secunda est. an in patria manent in beatis. Tertia est. an fuerunt in christo. Ad duas primas questiones simul respondet autoritate beati Ambrosii, quod dona sunt idem que virtutes, et que remaneant in patria, quod in angelis et in beatis sunt abundantius quam in nobis. Ad tertiam respondet affirmatiue quod ista dona fuerunt in christo, quod patet per illud. Et sic, xj. et requiescit super eum spiritus domini, spiritus sapientie et intellectus, consilij et fortitudinis spiritus scientie et pietatis et repleuit eum spiritu timoris domini. In qua quidem autoritate plures repetit spiritus quod non ideo fit quod spiritus sancti sunt plures in natura diuina, sed ad designandum multiplicem fore effectum vnius spiritus sancti. Sed quod in responsione ad secundam questionem quod dona etiam non cessant in patria, proponit in medijs quoddam autoritates que videtur dicere timorem in patria non manere, et per consequens nec alia dona, quod quare ratione non remanebit donum timoris, pari ratione nec alia dona. Pro quarum autoritatum euidentia magister dicit, quod dona spiritus sancti erunt in futuro, scilicet in patria sed non habebunt ibi illos usus quos hic habet in via quod declarat specialiter in dono timoris. Nam timor filialis ut dicit magister in preterita vita tria in nobis facit facit cum primo timere ne offendamus deum quem diligimus. Secundo facit timere ne separemur ab eo. Tertio facit nos ipsum reuereri. Quantum igitur ad duas primas non manebit donum timoris in patria, et hoc volunt dicere autoritates in oppositu allegate. Sed tertium ad tertium manebit ibi, quod ibi primarie usus reuerentie que est dilectio cum subiecto erit qualiter etiam reuerentia in christo erit. Et subdit quosdam dicitur quod in christo et in angelis esset donum timoris solum in effectu si non in habitu, sed communiter a modernis hoc non tenet nec magister illud approbat. Secunda propositio est hec. Timor qui multipliciter non qualitercumque sumptus a charitatis consortio excludit. Hanc magister ex quo dicit quatuor esse timores, quorum primum est timor mundanus sive humanus quo timemus picula carnis et bonorum mundanorum amissionem. Et quod secundus timor ma-

est et cum mundo a mundi contemptoribus relinquendus non prohibet tanquam non habendus. Sed est timor filialis scilicet quo quis timet penas et ex hoc a peccato se continens bonum operatur. Et iste timor est bonus, non tamen est sufficiens ad vitam eternam obtinendam. Tertius est timor inicialis scilicet quo quis iam amare incipit eternum bonum, id est quod amissionem eius timens incipit bene agere, et isto timore adueniente, si aduenit charitas et timor filialis incipit per charitatem excludi. Quartus est timor castus et filialis seu amicalis, qui puenit ex amore, scilicet quo timemus ne deum offendamus, et ab eo separemur. Hic timor succedit iniciali et permanet in eternum seruilitatis autem non permanebit sed deficiet. Sed subdit quod patet ex dictis in prima parte istius distinctionis. Secunda non distinguit nisi duplicem timorem, scilicet seruilem et amicalis, quod sub seruili iniciali intellexit. Beatus Augustinus, etiam nisi duos timores distinguit aperte, scilicet castum qui est in charitate perfecta, et filiale qui non est in charitate, quod ipse ipse bonum fiat non tamen bene, quod nemo inuitur bene facit, etiam si bonum sit de suo genere quod facit. Istis premissis magister ponit autoritates timoris filialis dicit, quod iste timor filialis in charitate non sit, tamen preparat locum charitati, quod nisi timor prius occuparet mentem non esset vni intraret charitas, quod tamen adueniente timore expellitur et foras mittitur, quod exemplificat de seta et filo sibi annexo, filum enim non intrat nisi seta excutatur, sic est de timore filiali et charitate, postea remouet quoddam dubium. Nam in canonica Jobis dicitur: quod timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Dubitat ergo quod verum sit quod in psalmo dicitur, timor domini castus manet in seculum seculi. Nam cum in eterna beatitudine, de qua psalmo loquitur sit perfectissima charitas videtur dicitur psalmo dicto apostoli pertrari. Ad quod respondens dicit quod ex quo Jobes in sua canonica, et dauid in psalmo, vno spiritu repleti locuti sunt discordare non possunt si vtriusque dictum recte intelligatur. Nam duplex est timor, scilicet castus et seruilis, filialis non stat ut dictum est cum charitate, et de illo loquitur apostolus. Castus autem manet in patria, et de illo loquitur propheta. Istud patet ex his que dicta sunt. Nam dicitur est quod timor filialis est quo quis propter penam timet deum, sed ex quo ille qui propter penam timet deum, non amat ipsum, id est timor ille non stat cum charitate, timor autem castus est quo quis timet deum ne ipsum offendat, sed ex quo sic timere sit amare, ideo timor ille manet cum charitate spiritus. Ad postea exemplificat magister de duabus mulieribus martiris quarum vna timet committere adulterium ne a viro deprehendatur, alia vero ne a viro deseratur. Et applicat simile ad propositum ut patet in littera. Postea autem comparat magister timorem inicialem ad castum et ad seruilem dicens, quod inicialis est medius inter eos habens aliquid de vtroque, quod primum facit fuire deo timore penae et primum amore iusticie, qui etiam potest esse in charitate inchoata, sed non potest esse in charitate perfecta et subdit quod inicialis timor potest stare cum charitate imperfecta et seruilis non tamen vterque ipsorum in scriptura dicitur inicialis sapientie. Nam seruilis timor sapientie et charitati locum preparat. Sed ipsa adueniente foras mittitur. Nam incium sapientie dicitur tanquam disponens ad ipsam. Timor autem inicialis dicitur principium sapientie, quod cum inchoata sapientia sibi incipit timore et quod amodo inchoata charitas sine sapientia. Ista omnia roborat magister autoritatibus sanctorum. Tertia propositio est. Donum timoris extirpat in christo secundum usum patrie cum timore quodam alio. Hanc magister insinuans infert ex determinatis et concludit primo, quod donum timoris manebit in patria sicut alia dona, sed non habebit ibi omnem usum quem hic habet, ut patuit in prima propositio one huius distinctionis. Secundo etiam ex his concludit, quod timor ille fuit in christo secundum illius usum quem habet in sanctis secundum actum, scilicet reuerentie, ut etiam ibidem dicebat. Cuius que



rit etiam incedentaliter. cum timor pene fuit in xpo. vtrius fuit timor mundanus vel scrullis vel inicalis. Et respondet qd nullus eorum fuit. Nam timor mundanus cum mundo deserit. scrullis vero nec est in charitate inchoata nec perfecta. Inicalis vero non potest esse in charitate perfecta. Cum igitur xps iam mundum deseruit. et charitatem non inchoatam sed perfectam habuit. sequitur quod timor pene quem xps habuit nullus illorum timor fuit sed fuit quidam naturalis. pueniens ex natura per peccatum corrupta. non tanquam aliquid bonum naturale. sed tanquam effectus quidam et sequela peccati. Et tamen in specialibus.

Quomodo differant sapientia et scientia.

D. XXXV

Est premissa

P diligenter considerandum est. in quo differat sapientia a scientia.

Aug. in. xliij li. de trinita. Diffinitio sapientie secundum philosophos.

De his Aug^o ita ait. Philosophi disputantes de sapientia diffiniunt eam dicentes. Sapientia est rerum humanarum diuinarumque scientia. Ego quoque vtrarumque rerum cognitionem. id est diuinarum et humanarum et sapientiam et scientiam dici possum nego. Verum iuxta distinctionem apostoli qua dixit. alij datur sermo sapientie. alij sermo scientie. illa diffinitio diuidenda est. vtrarum diuinarum cognitio sapientia proprie nuncupetur. humanarum vero rerum cognitio proprie scientie nomen obtineat. Neque vero quicquid sciri ab homine potest in rebus humanis. vbi plurimum superuacue vanitatis et noxie curiositatis est. huic scientie tribuo. sed illud tantum quo fides saluberrima que ad veram beatitudinem ducit gignitur. mitti defenditur. roboratur. quia scientia non polent fideles plurimi. quibus polleant ipsa fide plurimum. Aliud est enim scire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam. aliud est scire quomodo hoc ipsum ex propriis opitule vel contra impios defendat. que proprio vocabulo appellatur scientia.

Distinctio sapientie et scientie secundum theologos

Augu. in. xliij li. de trinita.

De his quoque duabus virtutibus idem Aug^o differentiaz inter eas assignans super psalmum ait. Distat sapientia a scientia. testante scriptura Job quodam modo singula diffinites ait. Sapientia est pietas. scientia vero abstinere a malis. Pietate vero hoc loco posuit dei cultum. que grece dicitur theosebia. que est in cognitione et dilectione eius quod semper est et incommutabiliter manet quod deus est. Abstinere vero a malis est in medio prave nationis prauenter conuersari. Idem quoque inter hec duo aperte distinguens ait. Distat ab eternorum contemplatione actio qua bene utimur temporalibus rebus. et illa sapientie hoc sci

entie deputat quibus et illa que sapia est possit nuncupari scientia. vt apostolus asserit vbi dicit. Nunc scio ex parte. quam sciam. perfecto contemplationis dei vult intelligi. In hoc ergo differentia est. quod ad contemplationem sapientia. ad actionem vero scientia pertinet. Ecce aperte demonstratum est in quo differant spiritus sapientie et spiritus scientie scilicet vt sapientia diuinis scientia humanis attributa sit rebus. et vt docet Augustinus. vtrumque agnoscimus in christo. scilicet rem diuinam et rem humanam. et ideo de ipso habemus sapientiam et scientiam. Cuius enim legitur: verbum caro factum est. in verbo intelligitur verus dei filius. in carne agnoscitur verus hominis filius. Item cum dicitur. vidimus plenum gratie et veritatis. gratiam referamus ad scientiam. et veritatem ad sapientiam. quod in christo sapientia et scientia fuit plenarie et nos scientiam et sapientiam de eo habemus qui est deus et homo.

In quo differat sapientia ab intellectu.

Est etiam differentia

inter scientiam et sapiam. quid distat inter sapientiam et intellectum videamus. In hoc differunt illa duo. quia sapientia proprie est de ceteris que veritati eterne contemplande intendit. Intelligentia vero non modo de eternis est. sed etiam de rebus inuisibilibus et spiritualibus temporaliter exotis. Idem enim et natura summa que fecit omnes naturas. id est. diuina consideratur. et que post ipsas sunt spirituales et inuisibiles nature. vt angeli et omnes anime bone affectiones conspiciuntur. In hoc ergo differentia est. quia sapientia creator tantum conspicitur. intellectu vero et creator et creatura quodam. Item intellectu intelligibilia capimus tantum. Sapientia vero non modo eapimus superiora sed etiam incognitis delectamur.

Sic ergo distingui potest inter illa tria scilicet intellectum scientiam et sapientiam. Scientia valet ad rerum temporalium rectam administrationem et ad bonam inter malos conuersationem. Intelligentia vero ad creatoris et creaturarum inuisibilium speculationem. Sapientia vero ad solius eterne beatitudinis contemplationem et delectionem.

Quod intellectus et scientia de quibus hic agit non sunt illa que naturaliter habet homo.

Quod differat scientia et sapientia.

Et notaduz qd itel

lectus et scientia que dicuntur dona spiritali sancti. alia sunt ab intellectu et scientia que naturaliter sunt in anima hominis. hec enim virtutes sunt que p gratiam infunduntur animus fidelium. vt p eas recte viuatur. Illa vero naturaliter habet homo ex beneficio creationis a deo tamen. pper has autem virtutes que dicuntur dona spiritali sancti illa naturalia reformantur atq adiuuantur. vt verbigratia. Intellectus naturalis peccato obtenebratur: p virtute quamdam et gratia que dicitur spiritus intelligentie reformatur atq adiuuat ad intelligendum. Ita et per illam virtutem quem dicitur spiritus sapientie iunatur atq erigitur mentis ratio ad contemplationem et delectationem eterne veritatis.

Qd sapientia ista dei est nec est illa que deus est.

Illud etiam sciendum

est q sapientia de qua nunc differimus: non est illa sapientia dei. vt ait Augustinus que deus est sed hominis sapientia. verumtamen que fm deum est. ac verus et precipue cultus eius est. Si ergo colat mens hominis deum cuius ab eo capax facta est et cuius esse particeps potest. sapiens ipa fit. et non sua luce sed summe illius lucis participatione sapiens fit. Ita ergo hominis sapientia etiam dei est. verum non ita dei est. vt ea sapiens sit deus. Non enim participatione sui sapiens est deus. sicut mens participatione dei. Sic etiam dicitur iusticia dei non solum illa qua ipse iustus est. sed etiam illa qua dat homini cum iustificat impium.

Ista est distinctio. xxxv. huius tertij libri. In qua magister post q egit de donis absolute. Agit de ipsis respectiue seu coparatiue. Nam asserit pmo dnam inter sapiam et sciam. Secdo in: er sapiam et intellectum. Tertio inter sciam et intellectum. Primum vsqz ibi. Dicitur dnm. Secdm vsqz ibi. Et notandum. Tertiu vsqz ad finem vsqz. In spali sua magistri stat in tribus ppositionibus quarum prima est hec. Constat inter sapiam et sciam. put sunt dona spiritali sancti fore dnam. Hanc magister insinuans ponit triplicem dnam inter sapiam et sciam. put sunt dona spiritali sancti. Prima e q quis tam sapia q scia possit dici reru humanarum diuinarumqz cognitio in ppe accipiendos sapia est cognitio reru diuinarum. scia vero reru humanarum. Secda est. q sapia est pietas q grece theosebia appellatur. i. dei cultus q videlicet cultus in dilectione dei et cognitione psumitur. Scientia vero est ab-

stinere a malis. et in medio nationis prave prudenter conuersari. Tertia est q sapia pmet ad contemplationem suorum seu eternorum. scientia vero ad actiones que bene vtuntur temporalibus rebus. Ista magister reprobatur auctoritate beati Augustini. Et subdit q ex quo in xpo sunt et res diuina et res humana. de ipso habemus sapientiam que rebus diuinis. et scientiam que rebus humanis attribuit. Secda ppositio est hec. Ex declaratione presentis textus patet dnm inter donum sapientie et intellectus. Hanc ponens pponit duplicem dnam inter sapiam et intellectum quarum prima est hec. q sapientia est de rebus eternis vt de deo. intellectus vero de rebus aliquibus ex tpe ortis. vt de creaturis. Secunda dnm est hec. q intellectus cognoscimus intelligibilia sine delectatione. sed p sapiam etiam de rebus cognitis delectamur. et sic ex omnibus pdictis recolligitur ista trium scilicet sapie scie et intellectus dnam stare in hoc q scientia valet ad reru temporalium debitam administrationem et bonam inter malos conuersationem. Intellectus vero ad creatoris vitz et creaturarum inuisibile speculationem. Sapientia autem ad solius eterne veritatis contemplationem et dilectionem. Tertia ppositio est hec. Intellectus et scientia. put sunt spiritali sancti dona differunt ab intellectu et scia. put insunt a natura. Hanc magister ponens dicit. q put sunt dona spiritali sancti infundunt p gratiam vt homo p eas recte viuat. put vero sunt dona naturalia insunt homini ex beneficio creationis. Et subdit q p dona spiritali sancti reformant in hoie illa que naturaliter insunt. q intellectus hois p peccatum obtenebratur p spiritu intelligente. i. donum intellectus adiuuat et a peccato eripit. Per donum vero sapie ad contemplationem et delectationem eterne veritatis erigit. Addit etiam q sapia que est donum dei de qua hic fit sermo. non est illa sapientia que deus est. sed est hominis sapientia qua homo sapit que tamen potest dici dei sapientia. non q deus ea sapiens sit. sed quia a domino deo datur. sicut dicitur iusticia dei quam deas homini dat. cum impii iustificat. Et tamen in speciali.

De connexionione virtutum que non sperantur.

Olet etiam q

ri virtutes ita sint sibi coniuncte vt sepatim non possunt possideri ab aliquo. s. q vnaz habet omnes habeat. De hoc etiam Hieronymus. Hierony. sup Esaiam. Omnes virtutes sibi herent vt q vnaz caruerit oibus careat. Qui ergo vnaz habet omnes habet. Ad quodem pbabile est. Cur enim charitas mater sit omnium virtutum. in quocumqz mater ipa est. scilicet charitas. et cuncti filij eius. i. virtutes recte fore esse creduntur. Vnde Augustinus. Ubi charitas est: quid est quod possit deesse. Ubi autem non est: quid est quod possit pdesse. Cur ergo non dicimus q hanc virtutem habet omnes huius. cum plenitudo legis sit charitas. que quomagis est in hoie tanto magis est virtute pditus. Quanto minus inest virtus: tanto magis inest viciu.

DI. XXXVI
VI
Augu. super Johannem.

Sic cuncte virtutes pares sint in quocunq; sunt.

Utrum uo pariter

quis omnes possideat virtutes. an alic magis alie minus i aliquo ferueat questio e? Quibusdam em videtur q; alie magis alie minus habeantur ab aliquo sicut in Job patientia emicuit. in Dauid humilitas. in Moysen mansuetudo. qui etiaz concedunt magis aliquem mereri p aliquam vna virtutem q; p aliam. sicut ea plenius habet q; alia. No tu magis p aliqua mereri dicunt q; p charitate. nec aliqua plenius a quoq; hri q; charitate. Alias ergo magi et alias minus in aliquo esse dicunt. sed nullaz plenius charitate que ceteras gignit. hasq; dicunt esse multas facies qs memorat apostolus dicens. Ex psonis multaru facieru etc. Alij verius dicunt omnes virtutes ei similes et pares esse in quocunq; sunt. vt qui in vna alteri par extiterit. in omnibus eidez equalis sit. Unde Aug. Virtutes q; sunt i animo huano. quis alio et alio modo singule intelligatur. nullo modo tamen separantur ab inuice. vt quicunq; fuerint equales. verbi gra. in fortitudine. equales sint et prudentia et iusticia et tpantia. Si enim dixeris equales esse istos in fortitudine. s; illuz prestare prudentia. sequitur vt huius fortitudo min? prudens sit Ac per hoc nec fortitudo prudentior. Atq; ita de ceteris virtutibus inuenies. si omnes eade considerati one percurras Ex his clarescit omnes virtutes no modo esse connexas sed etiam pares in animo hominis. Cum ergo dicat aliquis aliqua peminere virtute vt abraam fide Job patientia. sm vsus exteriores accipiendu est. vel in comparatione aliorum hominu. q; vel humilitatis habitum maxie pfert. vel opus fidei. vel alicuius ceteraru virtutu precipue exequitur. Unde et ea p alijs pollere vel inter alios homines singulariter excellere dicat. Scdm hunc moduz scz sm rationem actuum exterioru vt alibi Aug? dicit in aliquo aliam magis esse virtutem aliam minus. et vna esse no alteram. Sit em sic. Clarissima disputatione tua satis apparuit no placuisse autoritatibus nostris. imo veritati ipsi omnia paria esse peccata. etiam si hoc de virtutibus verum sit quia et si vey est cu qui habet vna omnes virtutes habere. et eu qui vna non habet

Augu. in. vj. li. de trini.

Augu. i. epla ad Dicro.

nullaz habere. nec si peccata sunt paria. q; vbi virtus nulla est. nihil rectuz est. nec tamen ideo no est prauo prauius distortozq; distortius. Si aut quod puto esse veri? sacrisq; litteris congruentius. ita sunt anime intentiones vt corporis membra. no q; videantur locis sed q; sentiant affectibus. et alius illuminatur amplius. alius minus. ali? omnino caret lumine. profecto vt quisq; illustratione pie charitatis affect? est. in alio actu magis. in alio minus. in aliquo nihil sic dici pot habere alia. et aliaz non habere et alia magis alia minus. Nam et maior est in isto charitas q; in illo. et ideo recte possumus dicere et aliqua in isto: nulla in illo: q; tu pinct ad charitatem que pietas est. et in vno homie quidez q; maiorē habeat pudicitia q; patientia. et maiorē hodie q; heri si pficit. et adhuc no habeat continentia et habeat no puā misericordia. Et vt generalit? breuiterq; cōplectat quā d? x tute habeo notionē. virtus est charitas qua id qd diligenduz est diligitur. hec et in alijs maior et in alijs minor. et in alijs nulla ē. plenissima vero que iam non possit augeri q; diu hic homo viuut in nemine est. Hic in sinuari videtur. q; aliquis ea ratione possit dici habere vnam virtutem magis q; alia quia p charitate magis afficit in actu vni us virtutis q; alterius. et ppter differentiam actuu ipas virtutes magis vel minus habere dicat. pot et aliqua no habere. cum tamen simul omnes et pariter habeat q; tu ad mentis habitum vel essentiaz cuiusq;. In actu vero alia magis aliam minus h; aliam etiā non habet. vt vir iustus vtens coniugio non habet continentia in actu quaz tamē habet in habitu. Cur ergo non dicatur paria peccata? Forte quia magis facit ptra charitate q; grauius peccat. minus: q; leuius. Nemo enim peccat nisi aduersus illam faciendo que est plenitudo legis. Ido recte dicitur. Qui offenderit in vno factus est omnium reus. i. contra charitate facit in qua perident omnia.

Repetit d charitate vt addat quo modo tota lex in ea pedet.

Cum duo sint pce

pta charitatis in qbus vt paxatu est tota lex pendet et pphete. Aduertenduz e quo modo hoc sit cu in lege et pphetis mlti fuerunt cerimonialia madata q; si ad charitatis sanctificatione pertinuisent. viderent

non debere cessare. Quia vero non iustifi-
 cationis gratia quaz facit charitas institu-
 ta sunt sed in figura futuri. et in onus posi-
 ta. ideo clarescente veritate cessauerunt ve-
 lut umbra. Veruntamen et ipsa ceremoni-
 alia s^m spirituales intellectum quem con-
 tinent. et omnia moralia ad charitatem re-
 feruntur. Pertinet enim omnia ad decem
 mandata in tabulis scripta vbi omniuz s^m
 ma pstringitur. ex quibus certa emanant
 sicut in sermone domini octo virtutes pre-
 mittuntur ad quas cetera referuntur Et si-
 cut ad decem mandata decalogi cetera re-
 ferunt. ita et ipsa decem ad duo mandata cha-
 ritatis. Quia g^o ad duo mandata charitatis
 pertinent: q^o charitatez implent. et ad chari-
 tatez tanq^o ad finem referri debet. **Uⁿ Aug^o.**
 Totam magnitudinem et amplitudinem di-
 uinorum eloquiorum possidet charitas q^o
 deum primuz diligimus que radix est om-
 nium bonorum. Unde veritas ait. In his
 duobus mandatis vniuersa lex pendet et
 prophete. Si ergo non vocat omnes pagi-
 nas sanctas perferuari omnia inuoluta ser-
 monum inuoluere. tene charitatez vbi pe-
 dent omnia. q^o pfectio est et finis omnium.
 Tunc enim et precepta et consilia recte sunt
 cum referunt ad diligendum deum et proxi-
 mum ppter deum. Quod vero timore pe-
 ne vel aliqua intentione carnali fit vt no re-
 feratur ad charitatem. nondum fit sicut fie-
 ri oportet quis fieri videat. Inimicus enim
 iusticie est qui pene timore no peccat. Ami-
 cus no iusticie qui eius amore no peccat.
 Omnium ergo hec summa est vt intelligatur le-
 gis et omnium diuinarum scripturarum plenu-
 do esse dilectio dei et primi.

Augu. in li. 8
 voc. xpi.
 Augusti.
 nich.

equaliter. Ad quaz questionem respondendo primo recitat
 circa hoc opinionem cui non videtur assentire. Et est opi-
 nio quorundam dicentium q^o aliquae virtutes habent ma-
 gis aliquae minus ab hominibus ipas habentibus sicut in
 Job viguit patientia. in David humilitas. in Moy-
 se mansuetudo. in Abraam fides. Et etiam isti dicunt q^o
 aliqui possunt plus mereri p vna virtute q^o p alias
 et habent vna plenius q^o alias. Et tamen p nullam pos-
 sint plus mereri q^o p charitate que charitas pducit
 postea no ponit solutionem questionis verioris s^m opi-
 nionem aliorum cui dicunt q^o eo modo quo virtutes sunt si-
 mul in aliquo eodem modo sunt etiam equales. ita q^o
 q^o est par vel equalis alteri i vna virtute. etiam est eide
 equalis in omnibus. q^o postea auctoritate be. Aug.
 Respondet ad illud q^o prima questio inducitur scz
 q^o aliqui de excellere alium in aliqua virtute: vt in fide
 Abrah. in patientia Job pcellerit. Illud dicit magi-
 stre intelligendum q^o ad vsum act^o interioris. s. s^m
 q^o vnus magis exequitur actum vnus virtutis q^o
 actum alicuius alterius virtutis. Vel intelligendum ee
 dicit q^o illi homini virtutibus magis pollebant in com-
 paratione ad alios homines et no in comparatione ad ali-
 as virtutes. Et hoc iterum confirmat auctoritate. Ex
 qua concludit q^o virtutes q^o ad substantiam seu essenti-
 am habitus sunt equales si equaliter habent. s. q^o q^o
 ad actum vna habet magis q^o alia. Ex ista t^o non sequit^o
 vt dicit magister q^o etiam peccata sunt equalia. q^o no
 equaliter sunt contra charitatez. sed vnus magis al-
 iud minus. Tertia ppositio est hec. Omnia pcepta
 decalogi ad duo pcepta charitatis referantur et p ve-
 ram dilectionem dei et primi adimplent. Hanc ponens
 querit quomodo illud possit esse verum q^o in duobus
 pceptis charitatis de dilectione dei et primi lex pen-
 det et pphete. cu in lege et pphetis multa continent^o
 ceremonialia mandata que iam cessauerunt. vt circū-
 cisio et ceremonie sacrificiorum que nec cessasse debu-
 issent sicut nec charitas cessat. Ad quod respondet q^o
 ex quo ceremonialia imposita fuerunt in figura futu-
 rorum. ideo adueniente veritate cessare debuerunt.
 Nihilomin^o t^o ad charitatez referunt s^m spirituales
 intellectus que continent. quod patet ex hoc q^o omnia
 que sunt in lege sicut moralia sive ceremonialia. ad de-
 cem pcepta decalogi reducunt. Ex quibus cetera manant
 Et eodem modo ipsa decem ad duo charitatis mandata tan-
 q^o ad suum finem referunt. Et auctoritate bea. Augusti.
 pulchre declaratio confirmat. Et t^o in speciali.

De decem preceptis quomodo con-
 tineantur in duobus mandatis cha-
 ritatis.

Ediaz distri- DI. XXX
butio decalogi q^o i duob^o ma- VII
datis complect consideranda est

Habet enim decalogus decem pcepta q^o sunt decalogi psalterium. que sic sunt distributa. vt tria que sunt i prima tabula pertineant ad deum. s. ad cognitionem et dilectionem trinitatis. Septem que sunt in secunda tabula ad dilectionem primi.

De primo precepto. b
Primum in prima
 tabula est. Non habebis deos alienos. non

Augu. de p.
 cordis.

b

facies tibi sculpsit neq; omnem similitudinem etc. hec Origenes dicit esse duo mandata. sed Augusti. vnum. hoc enim ipsum q; dixerat no habebis deos alienos perfectius explicat cu phibet coli signeta. s. idolum vel similitudinez alicui rei. Que duo Origenes ita dicit distare vt idolu sit qd nihil habet sile sui. similitudo vo qd habet speciem alicuius rei. vt verbi gra. Si qs in auro vel in ligno vel alia refaciat speciem serpentis vel auis vl alicuius rei. Et statuat ad adorandum. non idolum sed similitudinē fecit. Qui vero facit speciem quaz no vidit oculus sed animus sibi finxit. vt si quis humanis membris caput canis vl arietis formet vel in vno habitu hominis duas facies. non similitudinē sed idolu facit. q; facit qd no habet aliquid simile sui. Ideo dicit apls. q; idolu nihil est in mundo. No em aliqua ex reb' constantib' assumitur species sed qd mens ociosa et curiosa reperit. Similitudo vo est cum aliqd ex his que sūt in celo vel in terra vel in aquis formaf. Aug' vero ita exponit illud. Idolum nihil ē i mūdo. i. iter creaturas mundi no est forma idoli. materiam em formauit de'. sed stulticia hoim formaz dedit. Quecunq; facta sunt naturaliter facta sunt per verbū. sed forma hominis in idolo non est facta p verbū. sicut peccatum no est factuz p verbū. sed est nihil. et nihil sunt homines cuz peccant. Sed queris quomodo hic dicatur forma idoli non esse facta p verbum cum alibi legaf. Omnis forma. omnis cōpago. omnis concordia ptium facta est p verbum. Hoc aut a diuersis varie soluitur Quidam enim dicunt omnem formam: et quicquid est a deo esse inquantum est. et formam idoli inquantū est vel inquantū forma ē a deo esse. sed non inq̄tum idoli est. i. posita ad adorandū. In hoc em no est creatura sed puerio creature. Sicut illud qd peccatum est inq̄tum peccatū est nihil est. et homines cum peccant nihil sunt. q; ab illo qui vere est sepeant. Unde hieron. Quod ex deo no est. qui solus vere est. no esse dicat. Ideo q; pctū qd nos a vero esse abducit. nihil esse vel no esse dicat. Alij vo dicūt omnē formaz que. s. naturaliter est. et omne quod naturaliter ē esse a deo. sed forma idoli non est naturaliter. quia nature iusticie non seruit. Id enim naturaliter eē dicitur quod simplici nature iusticie que deus est militat. non resultat. et naturam creatam non viciat. Secundum prece-

Quo idolum
nihil esse dicitur
mūdo.

Questio Ter-
pōitōe hoim
verboruz oia
p ipsum facta
sunt.

XXXI
Dico. super
Ezech.

De scdo pte
cepto.

ptum est. Non assumes nomen dei tui inuaniū. Quod est dicere fm litteraz. Non iurabis p nihilo nomē dei. Allegorice vo precipitur vt no putes creaturaz esse xpm dei filium. q; omnis creatura vanitati sublecta est. sed equalē patri. Tertium vo est. Memento vt diem sabbati sanctifices vbi fm litteram p̄cipitur sabbati obseruantia. Allegorice vo vt requiem et hic a viciis. et in futuro in dei contemplatiōe expectes ex spiritus sancto. id est. ex charitate et dono dei. non q; spiritus sanctus sine patre et filio hoc operet. Accepit vtiq; ecclesia hoc donum vt in spiritus sancto fiat remissio peccatoruz. quam remissionem cū trinitas faciat. pprie tamen ad spiritus sanctum dicitur ptinere. quia ipse est spiritus adoptionis filiozū. Ipse ē patris et filij amor et cōnexo vel communitas. Ideo q; iustificatio nostra et requies ei attribuitur sepius. hec sunt tria mandata prime tabule ad deum ptinentia. Et primū quidē quod est de vno deo colendo: p̄tinet ad patrē i quo est vnitas vel autoritas. Scdm ad filium i quo est equalitas Tertiu ad spiritus sanctū in quo est vtriusq; cōmunitas.

De mandatis scde tabule. c

In secūda vero tabula septem erant mandata ad di'ctionez primi pertinētia quozum primum ad patrem carnalem refertur sicut pmū prime tabule ad patrem ce'lestem. Quod est honora patrem tuuz et matrē tuam vt sis longeuus super terraz sez viuentium Parentes vero sic sunt honorandi vt eis debita reuerētia exhibeatur. et necessaria ministrētur.

Secundum est non occides. vbi fm litteram actus homicidij prohibetur. scdm spiritum vero etiam voluntas occidendi. Unde huic mandato fm litterā fit sup additio in euāgelio. quia littera euāgelij exprimitur. quod legis littera non exprimebatur. Euāgelij littera exprimit intelligētiam spiritualem. id est. quā spirituales habent. et fm quaz spiritualiter viuunt. Littera legis sensum carnalem. id ē. que carnales habent. et fm quem carnaliter viuunt cui facta est superadditio. Tertium est non mechaberis. i. ne cuiuslibet miscearis ex cepto federe matrimonij. A pte enim totū intelligitur. Nomine g mechie omnis ꝑcubitus illicitus. illo:ū quoq; memb:oz no legitimus vsus phibitus debet intelligi.

De scdo pte
pto.

Quare in spi-
ritus sancto de
ppe fieri re-
missio patet.

Scdm scriptu-

De tercio pte
cepto.
In. Bogal.
sup. Exod.

De qro ptece
ro.

Quartum est nō furtuz facies ybi sacri
legiū et rapina ois phibet. Nō em rapinā
pmisit qui furtū phibuit. sed furti nomine
bene intelligi voluit o nē illicitā vsurpati
onem rei aliene. Sacriligiū tribus modis
cōmittit. qñ. s. vel sacrum de sacro vel non
sacrū de sacro. vel sacrum de non sacro au-
ferf. Sacrum vero dicitur quicquid mancipa-
tum est cultui diuino vt ecclesia vel res ec-
clesie. hic etiā vsura phibetur que sub ra-
pina continetur. Unde Hierony. vsuras
querere vel fraudare. aut rapere nihil iter-
est. Comoda fratri tuo et accipe quod de-
disti. et nihil supfluum queras. quia super
abundantia in vsura computat. Est enim
vsura vt ait Aug. Lū qd plus exigit in in-
iuria vel qualibet re quā acceperit. Item
Hierony. Putant aliqui vsuraz tñ esse in
pecunia. sed intelligant vsuram vocari su-
perabundantiā. s. quicquid est. si ab eo qd
dederit plus est. vt si in hyeme debem? de
cem modios. et in messe. xv. recipiamus.

Si vero queris de filiis israel qui domi
no iubente ab egyptijs mutuauerunt yasa
aurea et argētea et vestes p̄ciosas et aspor-
tauerunt. vtz furtū cōmiserint. Dicimus
eos q vt parerent deo iubente illd fecerunt
nō fecisse furtū. nec omnino peccasse. Unde
Aug. Israhelite nō furtū fecerunt. sed deo
iubente ministeriū p̄buerūt hoc em deus
iussit qui legez dedit sicut minister iudicis
sine peccato occidit quez lex p̄cipit occidi
Sed si id sponte faciat homicida est. etiam
si eum occidat que scit a iudice occidendū
Infirmi autē q ex cupiditate egyptios de-
ceperunt magis p̄missi sunt h̄ facere illis q
iure talia passi sunt. q̄ iussi. Hic opponi-
tur q etiam boni in isto opere peccauerūt:
q̄ naturalem legem cui concordat euange-
liū et lex moralis p̄ceptiōis transgressi sunt
Que est. Quod tibi non vis alijs ne feceris
Quā veritas scripsit in corde hominis. et
q̄ non legebat in corde. iterauit in tabulis
vt voce forinfecus admota: rediret ad cor
et ibi inueniret quod extra legeret. Hācer-
go illi p̄uaricari vidē in illo facto alijs fa-
cientes qd nolebant sibi fieri. Sed ibi sub
intelligendū est iniuste vt non alijs scz iniu-
ste facias quod tibi nō vis fieri. Alioquin
huius p̄uaricator est iudex duz punit re-
um nolens aliquid tale sibi fieri. Ita etiam
et illd domini verbum. Omnia quecumqz
vultis vt faciant vobis homines etc. De
bonis accipiendū ē que nobis iniucem ex-
hibere debemus. Quintuz p̄ceptum est

St furtū fece-
rūt filii israel
n̄ expoliave-
rūt egyptios
Aug. super
salmistam.

De qnto pte
cepto.

Aug. super
Exodus scz h̄
oē mēdacium
ibi phibet

Non loqueris cōtra primum tuuz falsum
testimoniuz. vbi crimen mendacij et periurij
phibetur. Solet autem queri. vtruz p̄-
hibitiū sit omne mendacium? Quidam di-
cunt illud tñ phiberi quod obest et nō p̄-
dest ei cui dicit. Tale em non est aduersus
primuz. vt ideo videat hoc addidisse scri-
ptura. Sed de mendacio magna questio ē
que nec cito explicari potest.

Ista est distinctio. xxxvij. huius
tertij libri In qua magister postq̄ egit de habitibus
virtutū et bonoz. Incipit agere de his q̄ p̄sunt i acti-
bus p̄ceptoz. Et tria facit. Nam p̄mo p̄mittit q̄dam
de p̄ceptis generalia. Secōdo determinat quedā de p̄-
ceptis que sunt ad deū specialiter ordinātia. Tertio
exemplificat p̄cepta q̄ sunt specialiter ad primuz so-
nanna. Primū vsqz ibi. Primū in p̄ma. Secōm vsqz
ibi. In scōda. Tertiū vsqz ad finez dif. In
sp̄ali snia magistri stat in tribus p̄positionibz. qua-
rum p̄ma est hec. Decē sunt decalogi nobis mādata
a deo p̄ moysen in duabus tabulis tradita vel dona-
ta. Hanc magister insinuans dicit p̄siderādū esse de
mandatis decalogi que in duobus mandatis scilz de
lectione dei et p̄mi complēt. Nā decalogus fm ma-
gistrū habet decē mandata siue p̄cepta q̄ decalog⁹
est illud decacoridū. i. decē cordarū psalteriū de quo
dicit in pal. In psalterio decacorido psallā tibi. Et sūt
illa decē p̄cepta filijs israel p̄ moysen in duabz tabu-
lis digito dei scriptis tradita. ita q̄ tria q̄ sunt i p̄ma
tabula ordinant hoīem ad deū. septē autē que sunt in
scōda tabula ordināt ad dilectionē p̄mi. Secōda pro-
positio. Et tria mādata p̄ime tabule ordināt hoīem
ad deū. ita septē p̄cepta tabule scōde ordināt ad p̄-
mū. Hāc ngr̄ insinuat dicit. q̄ triū p̄ceptozū p̄ime ta-
bule que ordinant ad deū. Primū est Nō adorabis
deos alienos. non facies sculptile siue idolū necqz om-
nem similitudinē. Istud p̄ceptū diuidit Origenes in
duo p̄cepta. distinguens inter idolum et similitudinē
Nāz cū aliquis facit imaginē rei alicuius existētis in
natura. vt hoīs serpentis vel ouis dicitur facere similitu-
dinē. Si dō facit imaginē alicui⁹ qd nunq̄ vidit ocu-
lus. sed tñ fingit hoīs anim⁹. eo q̄ natura siue nō
h̄z. dicitur facere idolū. Quā apls dicit. q̄ idolum nihil est
in mūdo. Sed be. Aug. dicit q̄ sit nisi vnū p̄ceptum
qd exprimitur his v̄bis. nō habebis deos alienos. Il-
lud dō qd addit. non facies sculptile. nō est aliud p̄-
ceptū sed eiusdem p̄cepti p̄fectior explicatio. Et snia
ista be. Aug. apparet verior. Ad autoritatē aposto-
li quā Origenes allegat. p̄ se. s. idolum nihil ē i mun-
do. illā exponit be. Aug. dicens aplm velle dicere q̄
forma idoli nō est inter creaturas mundi computan-
da. q̄ h̄ materiā idoli deus creauit. formaz tñ eius
hoīm p̄uersitas edidit. et ido idolū n̄bī est. q̄ et for-
ma p̄ verbū dei facta non est. vt etiā petm̄ nihil ē. q̄
p̄ verbū dei factū nō est. vt patet Job. j. Sz cōtra il-
lud obijcit magister et dicit. Cum beatus Aug. alibi
dicat q̄ oīs forma et compago est facta per verbum
quō tūc p̄t esse verū q̄ forma idoli non sit facta per
verbū. Ad quod respondet dupliciter. Nā p̄mo fm̄
quodam potest dici q̄ forma idoli in q̄tum est a deo
est. sic etiā peccatuz. et quicquid est in quantum est a
deo est. Sed forma idoli non est a deo in quantum po-
sita est ad adorandū. quia sic nō est creatura sed ma-
gis p̄uersitas creature. sicut etiā peccatum in q̄tum
peccatuz non est a deo nec creatura sed creature de-
fectus. Secōdo r̄nderi potest fm̄ alios q̄ hec. p̄po-

XXXI
III

Aug. super
Exodus scz h̄
oē mēdacium
ibi phibet

fitio. Omnis forma a deo est. intelligēda ē de forma que naturaliter habet esse. qualis nō est forma idoli. eo q̄ vere iusticie que est deus non assimilaf. Secun- dū p̄ceptū p̄me tabule est Non assumes nomē dei tui inuani. i. nō iurabis p̄ nihilo p̄ deū vel p̄ nomē dei. Vel fm̄ sensum allegoricū. phibet hic x̄ps esse crea- tara. vt sit sensus mandati. Nō assumes. i. nō putes x̄pm̄ esse creaturaz. Tertiu p̄ceptū p̄ime tabule est. Memento vt diē sabbati sancifices. p̄ qd̄ fm̄ l̄ram p̄cipitur sabbati obseruantiā. Sed allegorice māda- tur nobis vt in p̄senti vicijs quiescamus. vt in futu- ro dei cōtemplationē a spiritu sancto expectemus. et dicit a spiritu sancto expectemus nō ideo q̄ sp̄s san- ctus ista operetur sine patre et sine filio. s̄ q̄ remis- sis peccatorū appropriat spiritu sancto. Ista tria p̄- cepta adoptat mgr̄ trib⁹ p̄sonis. primū patri. scdm̄ filio. tertiu spiritui sancto. Tertia p̄positio est hec. Secda tabula moysi data cōtinuit septem p̄cepta ad dilectionē. p̄rimi ordinata. Hōiū p̄ceptoz magister in hac p̄senti distinctione enumerat quinq̄. alia duo referuans ad aliā distinctionē. Primū est de honore parentū corpaliū. Scdm̄ est de nō occidendo. vbi l̄z fm̄ l̄ram. i. fm̄ legē moysi. phibeat t̄m̄ actus occidē- di. fm̄ sp̄m̄ t̄m̄. i. fm̄ legē euangelicā etiā volūtas oc- cidendi. phibet. quod l̄ra euangelij plane exprimit. Tertiu est. Nō mechaberis. vbi fm̄ bea. Aug. noie mechie ois illicitus cōcubitus atq̄ ois membrōz il- licit⁹ vsus. phibet. Quartū est. Nō furtū facies. vbi noie furti oem̄ illicitam vsurpationē rei aliene volū- ite dñs̄ intelligi. et isto p̄cepto phibet vsura rapina. et sacrilegiū. qd̄ tripliciter cōmittit. s̄. dum vel sacrū d̄ sacro. vel nō sacrū de sacro. vel sacrū de nō sacro au- ferit. sacrum aut̄ d̄ esse illud quod diuino cultui exi- sit mancipatū. Quintū est. Nō loqueris cōtra. p̄- miū tuum falsum testimoniū qud̄ p̄cepto crimen men- dacij et perurij. phibet. Et t̄m̄ in sp̄al̄i de infra hui⁹ distinctionis.

De triplici genere mēdacij. a

DLXXX VIII

Sciēdū tamē

tria esse genera mendaciorū. Sunt em̄ mendacia quedam p̄ salute vel comodo alicuius non malicia sed benignitate dicta: qualif obstetrices mentite sunt raab. Est et aliud mendacij genus quod fit ioco quod nō fal- lit. Scit em̄ cui d̄: causa ioci dici. et h̄ duo genera mendaciorū nō sunt sine culpa. sed non cum magna. Imperfectis h̄o nō uenit mentiri nec etiā p̄ temporali vita alicuius ne p̄ corpore alterius animā suā occidant. Licet autēz eis vez. tacere sed nō falsuz di- cere. vt si quis non vult hoicm̄ ad mortēz p̄dere verūz taceat: s̄ nō falsum dicat. Ter- tiū h̄o gen⁹ mendacij est quod ex maligni- tate et duplicitate p̄odit cunctis valde ca- uendū. His videt̄ innui mēdacia illa que sunt ioco vel p̄ salute alicuius: imperfectis esse venalia peccata. p̄fectis h̄o illud qd̄ p̄ comodo alterius dicitur esse damnabile qd̄ etiā de mendacio iocoso putari pōt̄ p̄- cipueh̄ iterē. De mēdacio aut̄ obstetricū

Augu. super psal. v.

et raab q̄ fuerit veniale Augusti. tradit di- cens. Forsitan sicut obstetrices non remu- nerate sunt q̄ mentite sunt. sed q̄ infantes liberauerūt. et p̄pter hanc misericordiam veniale fuit peccatū. nō t̄m̄ nulluz. sic raab liberata est p̄pter liberationē exploratorū p̄ qua fuit veniale peccatū. Sed ne putet quisq̄ in ceteris peccatis si p̄pter libera- tionē hoim̄ fiant ita posse concedi veniam. Multa em̄ mala detestanda tales sequun- tur errores. Possū⁹ em̄ et furando alicui p̄desse. si paup̄ cui datur sentit cōmodum et diues cui tollitur non sentit incōmoduz. Ita et adulterando possū⁹ p̄desse si ali- qua nisi ad hoc ei consentiat apareat amā- do mortura et si vixerit penitendo purgā- da. nec ideo pctm̄ graue negabit tale adul- teriū. Sciendū est etiā octo esse genera mē- dacij. vt Augu. in li. de mendacio tradit. Que diligenter notanda sunt vt appareat qd̄ mēdaciū sit veniale et dānabile. Pri- mum capitale est mendaciū longe q̄ fugiē- dū quod fit in doctrina religionis. Ad qd̄ nulla causa quisq̄ d̄z adduci. Scdm̄ qd̄ ta- le est vt nulli p̄sit sed obsit alicui. Tertiu qd̄ ita p̄dest alteri vt obsit alteri. Quartū sola mentiendi fallendi q̄ libidine qd̄ mirū mendaciū est. Quintū quod fit placēdi cu- piditate desuauis cloquio. His omnibus cuitatis sequitur sextū gen⁹ quod nulli ob- est et p̄dest alicui. vt si quis pecuniā alicui- us iniuste esse tollendā sciens vbi sit nesci- re se mētiat. Septimū quod et nulli obest et p̄dest alicui. vt si quis nolens hominem ad mortē quesitū proderē mentiat. Octo- uum quod nulli obest et ad hoc p̄dest vt ab immundicia copali aliquid tueat. In his aut̄ tantominus peccat quisq̄ cū mentiat q̄tomaḡ a prima recedit. Quisq̄s h̄o ali- quod genus esse mendacij qd̄ peccatuz nō sit putauerit: decipiet seipm̄ turpiter cum honestum esse deceptorē aliorū arbitretur. Omne ergo genus mendacij sūmopere fu- ge. q̄: omne mendaciū non ē a deo.

Obstetrices raab fuit veniale.

Augu. d. q̄ generib⁹ mēdacij.

Quid sit mēdaciū.

Augu. in li. de mēdaciis.

Augu. in li. de mēdaciis.

Augu. in li. de mēdaciis.

Augu. in li. de mēdaciis.

Quid sit mendacium. b

Hic videndum est

quid sit mendaciū. et quid sit mentiri. De- inde vtrū omne mendaciū sit pctm̄ et qua- re: Mendacium est: vt ait Augu. falsa si- gnificatio vocis cum intentione fallendi. vt ergo mendacium sit. necesse est vt falsuz proferatur. et cum intentione fallēdi. Hoc enim malum est p̄p̄ium mentientis aliud

Augu. in li. de mēdaciis.

Augu. in li. de mēdaciis.

Augu. in li. de mēdaciis.

habere clausum in corde. aliud promptuz in lingua.

Quid sit mentiri.

Mentiri vero ē lo-

qui cōtra hoc q̄ animo sentit q̄s siue illud verū sit siue nō. Dis ergo q̄ loquit mendacium mentis. q̄ loquit cōtra hoc q̄s anio sentit. i. volūtate fallēdi. sed nō oīs q̄ mentitur mendaciū dicit. q̄ q̄d v̄z est loquit aliq̄n mentiēdo. sicut ecōuerso falsum dicēdo aliq̄n verax est. Vñ ait Aug. Ne/ mo sane mentiēs iudicandus est q̄ dīc falsum q̄d putat verū. q̄ q̄tū i ipso est nō fallit ipse sed fallit. Nō q̄ mendaciū arguendū est. q̄ falsa incautius credit ac p̄ veris habet. Potius q̄ ecōtrario ille mentis q̄ dicit verū q̄d putat falsum. Quātuz em̄ ad anīmū eius attinet nō v̄z dicit. q̄ nō q̄d sentit dicit. q̄uis verū inuentat esse q̄d dicit. nec ille liber est a mendacio q̄ ore nesciens loquit verū. sciens aut̄ voluntate mentis.

Hic queri solet si iudeus dicat xpm̄ esse deum. cū non ita sentiat animo vtruz loquat mendaciū? Nō est mendaciū q̄d dicit. quia licet aliter teneat animo. verū tamē est q̄d dicit. et ideo nō est mendaciū. Absentitur tamen illud q̄d verum est dicens. Et nō omne mendaciū sit peccatum Aug. insinuat. Sibi inquit videtur omne mendaciū eē peccatū. sed multuz interest quo animo et de quibus rebus quisq̄ mentiat. Non em̄ sic peccat qui consulēdi et qui nocendi voluntate mentis. nec tm̄ nocet q̄ viatores mentiēdo in diuerso itinere mittit. q̄tum qui viā vite mentiēdo deprauat. Porro omne mendaciū ideo dicendū est esse peccatū quia hoc debet loqui hō q̄d animo gerit. siue illud verum sit siue putet. et nō sit.

Verba em̄ ideo sunt instituta non vt p̄ ea homies inulcem fallant. sed p̄ ea in alterius noticiā suas cogitatōnes ferant. Verb ergo vti ad fallatiā. nō ad q̄d sunt instituta: peccatū est. Nec ideo etiā vllum mēdaciū putādū est nō esse pctm̄. q̄ possum? alicui aliquādo p̄desse mentiēdo. Possumus em̄ vt p̄dictum est et amando et furando et adulterando p̄desse. Mendacium q̄ nō tūc tm̄ esse possumus dicē quando aliquis ledit. Lū em̄ a scientie dicit falsum mendaciū est. siue quis siue nemo le datur. Ecce ex his cōstat omne mendacium esse peccatū. nō tm̄ de omni mēdacio accipiendum est illud p̄s. p̄des oīes

qui loquunt mendaciū Nec illud. Os q̄d mentis occidit aiām. Nec omne mēdaciū isto p̄cepto phiberi videt nec premissa de scriptione mendaciū ioci includi.

Ubi cū periculo errat vel nō. d

Illud etiā sciendū

est q̄ in quibusdā rebus magno malo in q̄ busdāz paruo. in quibusdā nullo fallimur In quib? rebus nihil interest ad capescendum dei regnum: vtruz credantur an non vel vtrū vera putent an falsa siue sint siue non? In his errare. i. aliud pro alio putare. nō arbitrandū est esse peccatū. vel si est minimū atq̄ leuissimuz. Et sunt vera quedā q̄uis nō videant. q̄ nisi credant: ad vi tam eternā non pōt pueniri. Et licet error maxima cura cauendus sit nō modo i maioribus sed etiam in minoribus rebus. nec nisi rerū ignorantia possit errari. nō est tamen consequens vt continuo erret quisq̄s aliquid nescit. Sed quisquis se existimat scire quod nescit. Pro nō em̄ approbat falsum quod est erroris pprium. Verū tamē in qua re quisq̄ erret interest plurimum. Sunt em̄ que nescire sit meli? q̄ scire. Itē nonnullis errare profuit aliquādo. sed in via pedum non in via morū. Solet queri de iacob qui se dixit esse Esau. aliter animo sentiens vtrū mentir? sit: De h Aug. ait. Iacob quod matre fecit auctore vt falleret patrem si diligenter attendat videt non esse mendaciū sed misteriu. Intendebat em̄ matri obedire que p̄ spm̄ nouerat mysterium. et ideo p̄pter familiare consiliū spiritus sancti q̄d mater acceperat: a mēdacio excusatur Iacob.

Ista est distinctio. xxxviii. huius tertij libri. In qua mgr̄ post q̄ egit de octo p̄ceptis Incipit agere de peccatis q̄ isto octauo p̄cepto phibent. Et tria circa hoc facit. Nam p̄mo plura genera mendaciorū p̄mittit. Secōdo q̄d sit mēdaciū subiungit. Tertio q̄ oē mendaciū sit pctm̄ cōcludit. Primū vsq̄ ibi. Hic vidēdū est. Scdm̄ vsq̄ ibi. Et nō oīe. Tertū vsq̄ ad finē distinctiōis. In sp̄iali sententia mgr̄ stat in tribus p̄positionibus quarū p̄ma ē hec Octo sunt mendaciorū genera. q̄ tanto sunt grauiora q̄to p̄mo mendacio fuerūt. primiora. Hanc mgr̄ insinuans. Primo diuidit mendaciū in tria genera quorū p̄mum est officiosum q̄c est mendaciū quod sit p̄ cōmodo vel salute corpis. sicut fuit mendaciū obstetricū hebreoz in egypto. et raab meretricis abscondentis exploratores. et istud nunq̄ pōt fieri sine peccato. q̄ in virtus p̄fectis est pctm̄ dānabile. et i im p̄fectis pctm̄ veniale. q̄ excusat quodāmodo p̄pter misericordiam et pietatē. sicut mendaciū obstetricū et raab meretricis excusat non tm̄ p̄pter hoc quis aliqua

Augusti. ench.

Questio 8 in eo qui dicit p̄m esse deū

omne mē aliū sit peccatum.

Quare omne mendaciū sit peccatum.

Aug. in ench q̄ nō iō mendaciū non est peccatum q̄z prodest.

Dic solui tur questō super posita.

De Iacob si mentitus sit.

peccata debet committere. ut p. misericordiam et pietatem ve-
lit excusari. ut nullus debet furari dimitti ut det pau-
peri. Sedm genus mendacij est mendacium iocofum.
qd sit causa solatiij vel in ioco. et istud sicut in viris pfe-
ctis est damnaibile. et in viris imperfectis veniale Ter-
tium gen^o mendacij est pnciosum qd. s. sit ex maligni-
tate seu qd puenit ex animo nocendi. et hoc omnibus
est fugiendum. Postea mgr enumerat octo genera me-
dacioru. que ponit. b. Aug^o. quoru p^omu sit i doctri-
na fidei. Sedm est qd nulli prodest. sed alicui obest.
Tertiu est quod alicui pdest et alicui obest. Quartu
est quod sit ex sola libidine et delectatione mentiendi
Quintum est quod sit in pulcritudine vel cupiditate
placendi. Sextum est qd nulli obest sed alicui prodest
q^otm scz ad ablationem rei exterioris. Septimu est
q^o nulli obest. sed alicui prodest q^otm ad pseruatio-
nem morte corporali. Octauus est qd nulli obest sz alicui
pdest q^otm ad pseruationem ab inimicidicta corpora-
li. Prima tria genera horum octo mendacioru redu-
cunt ad mendacium pnciosum. Et duo media ad men-
dacium iocofum. Tria aut vltima ad mendacium officio-
sum. Unde concludit qd in omnibus pdictis menda-
ciji attendi habet gradus q^otm ad gravitatem fm q^o
magis vel minus accedunt ad p^omu mendacij genus
Seda ppositio est hec. Hoc pprie dicit mendacium
cu quis intentione fallendi dicit falsum. Hanc magi-
ster ponens dicit. qd mendacium est cu pferat falsum in-
tentione fallendi. eo qd aliud dicat ore q^o sentiat corde
Secundo ostendit qd sit mentiri dicere. qd mentiri est loq-
ptra illud qd q^o sentit a^o. siue illud sit veru siue fal-
sum. Ex quo pcludit qd ois q mendacium loquitur men-
titur. sed no econtra ois q mentit mendacium loquitur.
qz q^oq^o veru est qd loquitur ille qui mentit. qz q^o mentit
loquitur contra illud qd a^o sentit. et sic no dicit menda-
cium. qz no loquitur falsum. Un etia patet qd etia aliqd
falsu loquedo pot esse veru. s. si no loquitur ptra illud
qd a^o sentit. Iuxta qd querit. Utru iude^o mendacium
loquat dicens xpm esse deu qd in corde no credit. Et
r^ondet qd no loquitur mendacium qz licet no credat corde
veru esse qd loquitur. tu qz veru est qd loquitur non dicit
mendacium. qz mendacium est cu pferat falsum intentione
fallendi. sed bn mentit cu dicat ptra mentem. Tertia p-
positio est hec. Unuersaliter omne mendacium e et d: pec-
catu. Hic mgr ponens dicit uniuersaliter o^o mendacium
esse pctm. Licet tu inter mendacia sunt grad^o graui-
tatis in peccando. qd declarat autoritate. b. Aug^o.
cui annectit qd mendacium hz rones pcti. ex hoc qd fm
ordinem ronis ho illud loq d^o qd in a^o sentit. et ap-
positu facit qd mendacium loquitur. ipse em vtr^o v^obis no
ad id ad qd sunt instituta. s. ad cogitationis n^oaz no-
tificationem. sz ad fallacia qd pctm e. est etia q^oq^o da-
nabile. i. mortale. Iuxta illud psal. Perdes oes qui
loquunt mendacium. Et sapiens Os qd mentit occidit
animam. Iste vo autoritates no sunt intelligende de om-
ni mendacio. sz tm de danabili. Cosequent determinat
de sequela pcti q est error et dicit qd errare in fide vel
q^otm ad vitam eternam magnu pctm est et piculu. Sed er-
rare tm in rebus q ad curiositate p^ontinent no est pec-
catu. et si est pctm tunc est leuissimum pctm. Subdit
etia qd hz no erre nisi p ignorantia rei alicui^o tm no se-
quit qd errat quicq^o aliqd ignoat. Sz ille d: tm p-
prie errare qd credit se scire qd nescit. et sic falsum p-
vero approbat. et q^otm illud generaliter sit requisitu
ad omnem errorem. tm multu refert in quibus errat.
Na in aliquib^o errare e piculosu. In alijs aut e me-
lius errare q non errare. qz errare in aliquib^o q^oq^o
pdest. Ultimo querit. vtru Jacob dicendo ego sum
Esau mentitus fuit. Et r^ondet mgr fm. b. Aug^o. qd
non qz no intedebat fallere. It^o non fuit mendacium
sz mysteriu qd matri impanti p spm^octm est reuelatu
Et tm in specialu de snia huius distinctionis.

De periurio.

a

Hinc de piur

rio videamus. Periurium est mendacium iuramento firma-
tum. Hic querit. vtru sit per-
iurium vbi no est mendacium? Qd quibus-
dam videt ex autoritate hieronimi dicen-
tis. Aduertendum est. qd iusiurandum tres
habet comites. veritatem. iudiciu. et iusticia
Si ista defuerint: no erit iuramentu sed p-
iurium. Vbi aut falsum iuratur: veritas de-
est. Si ergo falsum iuref. et si no sit ibi inte-
tio fallendi: videt esse piurium qz deest veri-
tas. Quibusda placet no esse piurium vbi
no est mendacium. et sicut dicit aliquando fal-
sum sine mendacio. ita iuraf falsum sine p-
iurio. Falsum forte dixit ap^ols cu se ventu-
ru ad corintheos pmisit. Nec tm sic ei im-
ponebatur culpa mendacij cotraxit. qz sic
animo sentiebat. etia si iuramento illud fir-
masset no piurium incurrisz. qz q^otm in ip-
so fuit veru dixit. et si iurationem addidisset
q^otm in se foret veru iurasset. et si aliter
euenerit qd dixit. Ideo sicut quis non est
mendax nisi aliter sentiat animo qd dixit. si
ue ita sit siue non. ita videtur quibusdam
neminem piurum constitui. nisi aliter senti-
at animo qd loquitur. siue ita sit siue non.

Dicitur. i. qz
Dicitur.

De triplici modo piurij.

b

Sed melius credi-

tur et ille peierare qui falsum voluntate fal-
lendi iurat. et q falsum putans qd veru est
iurat. et qui veru putans qd falsum est iu-
rat. Un Aug^o. Homines falsum iurat vel
cum fallunt vel cu fallunt. Aut putat ho-
mo veru esse qd falsum est et temere iurat
aut scit vel putat falsum esse. et tm p vo iu-
rat et nihilominus cu scelere iurat Distat
aut illa duo piuria que comemorau. Fac
illu iurare qui verum esse putat. Pro quo
iurat veru putat esse et tm falsum est. Non
ex animo iste peierat sed fallitur. Hoc pro-
vero habet quod falsum est. no p falsare
sciens iurationem interponit. Da alium qui
scit falsum esse et iurat tanq^o veru sit quod
scit falsum esse. Videtis qd ista detestanda
sit belua. Fac aliu qui putat falsum esse et
iurat tanq^o veru sit et forte veru est. Ver-
bi gra. vt intelligat. pluit in illo loco. In-
terrogas hoie. et dicit pluuisse. et tuc plu-
it ibi. sed putat non pluuisse: periur^o est. In

Aug^o. 6. m
bis apli
ne. 1. 1. 1.

terest quoadmodum verbum procedat ex animo
 rea lingua non facit nisi rea mens sit. His
 euidenter tradit quod tripliciter peccat ho-
 mo ut supra diximus. dum vel sciens falsum
 iurat. vel putans falsum quod verum est iurat
 vel estimans verum quod falsum est iurat. Sed
 hoc extremum non videtur esse peccatum. etiam
 si peccatum nomine. eo quod falsum iurat. non vi-
 detur reus esse peccati qui sic iurat. quia non est
 mens eius rea. et ideo nec lingua. imo eius
 mens rea est dum iurare presumit quod pro-
 spicue verum non deprehendit. Non ergo omne
 peccatum mendacium est. nec omnis qui peccat
 mentis. sed omnis mentiendo iurans pece-
 rat. et omnis qui falsum iurat. siue mentiens
 siue non peccat. Cum vero quis iurat quod
 verum est timens esse falsum. querit quid sit
 ibi peccatum: Ipsi enim significatio vocis vera
 est. quia verum nescienter loquitur. Non ergo ip-
 sa significatio vel falsum vel mendacium est
 quia vera est. et quod verum est: peccatum non vi-
 detur esse. Ad hoc dicimus loqui sic. scilicet con-
 tra mentem sub attestacione iuramenti esse pe-
 iurium. Mentiri ergo adhibita iuracione
 peccatum est. Peccatum ergo est. vel iurando
 loqui falsum cum intentione fallendi vel iurando
 loqui falsum sine intentione fallendi. vel iu-
 rando loqui verum cum intentione fallendi.

Questio.

Solutio.

Propositio

terminatio

An iuratio sit malum.

Si autem queritur

utrum iurare sit malum? Dicimus aliquando malum
 esse. aliquando non. Sponte enim et sine necessitate
 iurare vel falsum iurare peccatum grande est.
 Ex necessitate autem iurare. scilicet vel ad asseren-
 dum innocentiam vel ad federa pacis confirmanda
 vel ad persuadendum auditoribus quod est eis
 utile. malum non est. quia necessarium eis est. Unde
 Augustinus. Iuramentum faciendum est in necessa-
 rijs cum pigri sunt homines credere quod eis
 est utile. Iuratio non est bona non tamen mala
 cum est necessaria. id est non est appetenda sicut bo-
 na. non tamen fugienda tanquam mala cum est neces-
 saria. Non est enim preceptum dei iuratio. Sed
 ita intelligit dominus prohibuisse a iuramento ut

Aug. de sermone dñi in monte.

Aug. super epistolam ad Galath.

quod in ipso est deus non iuret. Quod multi faci-
 unt in ore habentes iuracionem tanquam mag-
 num atque suave aliquid. Aplos enim nouit pre-
 ceptum domini et tamen iurauit. Prohibemur
 enim iurare cupiditate vel delectatione iura-
 di. Ergo Christus ait in euangelio. Ego dico
 vobis non iurare omnino: ita intelligit pre-
 cepisse ne quis sic bonum appetat iuramentum
 et assiduitate iurandi labatur in peccatum. Quod
 non addidit sit sermo vester est est. non non.
 bonum est appetendum. Quod autem amplius est a
 malo est. id est si iurare cogitis scias de neces-
 sitate venire infirmitatis eorum quibus ali-
 quid suades. Que infirmitas utique malum
 est. Unde nos quotidie liberari precamur di-
 centes. Libera nos a malo. Ideoque non di-
 xit quod amplius est malum est. Tu enim non
 facies malum qui bene uteris iuracione. sed
 a malo est illius qui aliter non credit. id est ab in-
 firmitate que aliquando pena est. aliquando pena et
 culpa. Ibi ergo dominus prohibuit malum. suavit
 bonum. indulget necessarium.

Aug. de sermone dñi

De iuramento quod per creaturas fit.

Querit etiam utrum

liceat iurare per creaturam? Quod non videtur
 in lege scriptum sit. Reddes autem
 domino iuramenta tua. Et Christus in euangelio pre-
 cepit non iurare omnino nec per celum. nec per
 terram. nec per hierosolimam. nec per caput tu-
 um. Iudeis quasi puulis est concessum iu-
 rare per creatorem et preceptum. ut si iurare con-
 tingeret. non nisi per creatorem iuraret non per
 creaturam. quia iurantes per angelos et elemē-
 ta: creaturas venerabant honore et melius
 erat hoc exhibere deo quam creaturis. Infirmis
 ergo illud prohibuit. sanctis vero qui cre-
 aturis creatorum venerabant tamen non pro-
 hibuit. Unde Ioseph per salutem pharaonis
 iuravit: dei iudicium in eo veneratus quo
 positus erat in infimis. Christus vero ita per
 creaturas iurare prohibuit. ne vel aliquid di-
 uinum in eis crederetur per quo reverentia
 eis debetur. vel ne per ea iurantes falsum. ho-
 mines se iuramento teneri non putarent.

Jerony. sup mathe.

Que iuratio magis teneatur an que sit per deum. an que sit per euangelium. vel per creaturas.

Si autem queritur

quis magis teneatur an qui per deum. an qui

62

Chrisost. per euangelium vel p creaturas iurat: **Di-**
 cimus qui per deuz. q: per deum hec facta
 sunt. **Uñ Chriſo.** Si qua cauſa fuerit mo-
 dicum videtur facere qui iurat per deum.
 Qui ſo p euangelii magi aliquid feciſſe
 videtur. Quibus dicendũ eſt. **Stulti ſcri-**
 pture ſancte ppter deũ facte ſunt. non de
 ppter ſcripturas. ita et creature facte ſunt
 propter deum.

Quid eſt dicere p deum. f

Hic queritur quid

ſit dicere p deũ iuro? hoc eſt teſtẽ adhibe-
 re deũ: **Jurauit eĩ apls dicens: Teſtis e**
 mibi deus. ac ſi diſſet p deũ ita eſt. **An-**
 de **Aug.** Ridiculũ eſt putare hoc ſi dicat
 p deũ iuras. Quid eſt eĩ p deũ. niſi teſtis
 eſt deus. aut quid eſt teſtis eſt deus. niſi p
 deũ. Quid eſt autẽ iurare. niſi ius deo red-
 dere qñ p deum iuras. **Ius. ſ. veritatis et**
 non falſitatis. **Itez ecce dico charitati ve-**
 ſtre et qui p lapidem iurat falſum. **piur?** e
 q: nõ lapidẽ qui nõ audit. ſed eius creato-
 rem adhibet teſtem. hoc eſt ergo iurare p
 quãlibet creaturam. ſ. creatozem ei? teſtez
 adhibere. **Eſt etiã quoddã genus iuramẽ-**
 ti grauiffimũ quod ſit p execrationez vt cũ
 homo dicit: ſi illud feci illud paciã. vel il-
 lud contingat filiis meis. **ſm quem modũ**
 accipitur etiam interdum cum aliquis iu-
 rando dicit. per ſalutem meam vel per fili-
 os meos et hmoi. **Obligat eĩ h deo. Uñ**
Aug. Cum quis ait p ſalutem meã. ſalu-
 tem ſuam deo obligat. Cum dicit p filios
 meos. oppignorat eos deo. vt hoc veniat i
 caput eorum quod exit de ore ipſi. **Si ve-**
 rum: verum. ſi falſum: falſuz. **Ei ſicut per**
 hoc iurans aliquãdo hoc deo obligat. ita
 p deũ iurans ipm adhibet teſtez. **In omni**
 ergo iuratione aut deus teſtis adhibetur
 aut creatura deo obligat. et oppigneratur.
Et hoc ſit iurare. ſ. deuz teſtem adhibere
 vel deo aliquid oppignerare hoc eſt ergo
 iurare p quãlibet creaturã. ſ. creatozem eius
 teſtem adhibere.

In ſermonẽ d
 piurio. q ſic i
 cipit Quisq
 eſt prauĩ z p
 uerũ cordis.

Aug. ſuper
 pſal. vij.

In ſermonẽ
 de piurio.

De illis qui iurant per falſos de-
 os. S

Post hec queritur

vtũ fide eius vtendũ ſit q p demonia vel
 ydola iurauerit: **De hoc Aug.** ſcribens
 ad publicolam ait. **Te prius conſiderare**

Augusti.

volõ. vtũ ſi quiſpiã per deos falſos iura-
 uerit. et fidẽ nõ ſeruauerit non tibi videtur
 bis peccaſſe: **Bis vtĩq; peccauit.** qã iura-
 uerit p quos nõ debuit. et contra pollicitam
 fecit fidẽ qd nõ debuit. **Ideoq; qui vtitur**
 fide illius quem pſtat iuraſſe p deos falſos
 et vtitur nõ ad malũ ſ; ad bonũ: nõ pecca-
 to illius ſe ſociat quo p demonia iurauit. ſ
 bono pacto eius quo fidem ſeruauit. et ſi-
 ne dubitatione minus malũ eſt p deos fal-
 ſos iurare veraciter. q; p deũ verũ fallac-
 ter. **Quanto eĩ per qd iuratur magis ſan-**
 ctum eſt. tanto magis eſt penale piurium.

Qd iuramentũ quo incaute iura-
 tur nõ eſt obſeruandũ nec votum
 nec pmiſſio iniuſte facta. h

Nũc ſuper eſt vide

re. vtũ omne iuramentũ implẽdũ ſit: **Si**
 eĩ quis aliquid iurauerit contra fidem et
 charitatez quod obſeruatur peiorẽ vergat
 in exitũ. potius eſt mutandũ q; adimplen-
 dum. **Unde Ambro.** Sed eſt contra offi-
 cium dei nonnũq; pmiſſuz ſoluere ſacra-
 mentũ vt herodes fecit. **Item Iſidorus.**
In malis pmiſſis ſcĩn de fidem. in turpi
 voto muta decretũ. **Quod incaute vout-**
 ſi nõ facias. impia eſt pmiſſio que ſcelere
 adimpletur. **Idem Non eſt obſeruanduz**
 ſacramentum quo malum incaute pmiſſi-
 tur. vt ſi quis adultere perpetuã fidem cũ
 ea pmanendi polliceat. **Tolerabilius eĩ**
 eſt nõ implere ſacramentũ q; pmanere in-
 ſupio. **Item Beda.** Si quid nos incauti
 us iurare contigerit quod obſeruatur peio-
 rem vergat in exitũ. libere illud ſalubiori
 conſilio mutandũ nouerimus. ac magis i-
 ſtante neceſſitate peierandũ eſſe nob q; p
 vitando piurio in aliud crimen grauĩ eſſe
 diuertendum. **Deniq; iurauit dauid p de-**
 um occidere **Nabal** virũ ſtultũ. ſed ad pri-
 mam interceſſionẽ abigail femine pruden-
 tis remiſit minas. reuocauit enſem in va-
 ginam. nec aliquid culpe ſe tali piurio con-
 traſſe dõluit. **Ite Aug.** Qd dauid iura-
 mentũ p ſanguinis effuſionẽ nõ impleuit
 maior pietas fuit. **Jurauit dauid temere.**
 ſed non impleuit iurationẽ maiorĩ pietate
Ex his aliſq; pluribuz q; oſtendit quedã
 iuramenta nõ eſſe obſeruanda. et qui ſic iu-
 rat vehementer peccat. **Qui autem mutat**
 benefacit. **Qui aut nõ mutat duplici pec-**
 cat. et q; iniuſte iurauit. z quia facit quod
 non debet.

In II. de ob
 cõp.

In ſermonẽ
 de piurio.

In II. de ob
 cõp.

Beda in cor
 lia. xij.

In ſermonẽ
 quodam.

Si est piurus qui non facit quod in
caute iuravit.

Qui vero mutat

utrum piur' debeat dici. solet queri? Beda
supra tale iuramentu' vocavit piurium. Jo-
hannes etia' apocrifarius orientaliu' sediu'
dixit. Sermo p'ris nostri sophronij signifi-
cat. q' melius est iurante peierare q' serua-
re sacramentu' in fractione sanctay' imagi-
num. Sed piurium dicit tale iuramentu' no'
obseruatu'. et peierare dicit qui no' implet
q' falsuz iurat. no' q' inde reus sit q' no' ob-
seruat. sed q' iuravit iniustu'. ex quo reus
est. sicut ille qui peierat.

De eo qui verboruz calliditate
iurat.

Hoc etia' sciendum

est q' quacunq' arte verbor' q's iuret. de'
t'ri qui scie testis est. ita b' accipit sicut ille
cui iurat intelligit. Duplici' at' reus fit q'
et nomen dei inuanu' assumit. et pximum
in dolo capit.

De illo q' cogit aliquē iurare.

Queritur etiam si

peccat q' ho'em iurare cogit? De b' Aug'.
ait. Qui exigit iurationē multū. interest si
nescit illū iuraturū falsū an scit. Si em' ne-
scit. et ideo dicit. iura mihi vt fides ei sit. n'
est pctm. tñ humana tēptatio est. Si vero
scit eū fecisse et cogit euz iurare: homicida
est. Idē Qui puocat ho'em ad iurationē
et scit eū falsuz iurare vincit homicidā. qz
homicida corpus occisus est. ille animā.
sino duas animas. et eius quē iurare puo-
cauit: et suam.

De concilio aurelianensi.

Sancta sinodus d'

creuit nisi p' pace faciēda vt om's fideles
seiu' ad sacramenta accedant.

Ista est distinctio. xxxix. huius
tertij libri. In qua mgr postq' egit de medatio agit
de piurio. Et tria facit. Na' pmo agit de piurio spāl'r
Secdo de iuramento generalit' Tertio determinat q's
dā q'stiones incidentalit'. Primū vsq' ibi. Si ait q'ris
Secdm vsq' ibi. Querit etia' vtrū. Tertiu' vsq' ad fi-
nē distin. In spāl'i snla mgr stat in trib' p'positioni-
bus quarū pma est bec. Quāuis oē mendaciū iura-

mēto pfirmatū existat piurium. Nō tñ oē piurium ē men-
daciū. Prima b' p'clausiois pte mgr pbat distinctio-
ne piurij dices. q' piurium est mendaciū iuramento p'fir-
mācū. Secda' No' pte eiusdē. s. q' nō omne perurium sit
mendaciū. pbat mgr tres ponēs modus piurij. quo-
rū prim' modus ē. cū aliq's scienter aliq'd falsum fir-
mat iuramento qd tñ putat esse falsum. Secds est eū
aliq's firmat aliq'd falsum iuramento qd tñ putat eē
verū. Et isti duo modi peierādi nūq' pnt esse sine mē-
dacio. Tertio mod' est cū aliq's firmat aliq'd vtz iu-
ramento: qd tñ putat esse falsum. et iste piuradi mo-
dus est sine mēdacio. eo q' nō iurat falsum. l3 adest
intēto fallendi. nō tñ est sine pctō. qz nō fuit adhibi-
ta debita iuradi cautela que p'sistit in hoc vt bñ discu-
tia' res sup quā q's iurare p'sumit. Sed contra dicta
obijcit mgr dupliciter. Na' videt q' non peierat q' ve-
rū qd falsum putat iuramento p'firmat qz verū iurat.
et etia' non abutit' verbis. qz iurat illud qd significat
Ad qd rñdens dicit. q' nō tñ q' falsum iurat sed etia'
qui vtz iurat qd falsum esse putat peierat. Ad p'z
ex hoc q' loq' p'ra mentē cū attestatiōe iuramēti piu-
riū est. siue illud sit verū qd dicit siue falsum. Secdo
obijcit sic. Dicit' ē q' q' falsum iurat peierat igit' vide
q' omis iuris se aliq'd certo tpe datur' alicui q' tam
nō dabit statim iurādo piurus sit p'z qz falsuz iurat
Et rñdet mgr q' taliter iurās non incurrit piurium
nisi vel mutando p'positū. vel transgrediēdo termi-
num. Secda' p'positio est bec iurare nō sp' est licitū
neq' illicitū. Hanc mgr ponēs querit. vtrum iurare
sit malū vel illicitum. Et rñdet q' sicut iurare falsum
grande est pctm sic iurare sine necessitate nō est sine
pctō. Exemplū hui' est. vt si q's p' iuramentū confir-
maret q' deus nō esset creator om' rerū. talis falsuz
iuraret z p' psequens grave est pctm s'z iurare ex ne-
cessitate sup aliquo licito. s. sup innocētia alicui' con-
firmāda. vel federa pacis p'firmāda vel aliqd vtz
le seruanduz non est pctm. Tertia' p'positio est bec.
Quāuis iurare p' creaturas impfectis nō sit pmissū
pfectis tñ nō est illicitū seu p'hibitū. Hanc em' p'po-
sitiōē mgr p'bat querit sex questiones. Quarum
questiōnū pma est bec. An liceat iurare p' creatu-
ras. Et q' nō licet arguit p' illud. nolite iurare neq'
p' celū neq' etiā p' terrā. Confirmatur hoc. nullus ho-
mo nec pfectus nec impfectus pōt p' creaturas iura-
re. ergo dictū mgr est falsum. Ancedēs pbat q' oē
iuramentū est ad p'firmandū veritatē. p'ponēdū sed
solus d's est veritas q' de ipso dicit. Ego sum via ve-
ritas et vita. ergo nullū iuramentū stabit nisi p' deū
rerū p'ditorē. At qd rñdet q' impfectis indictum fū-
it p' creatorē et nō p' creaturas iurare. Sed vtrū p'
fectis p' creaturas nō est p'hibitū iurare. eo q' in cre-
aturis scilicet ceatorē venerari. Sicut patet de ioseph
q' iuravit p' salutē pharaonis. Subdit q' xp'us p'hi-
buit iurare p' creaturas duplici' de cā. Prima est ne
credere' aliqd diuinuz eē in creaturis. p' quo cis re-
uerentia debere'. Secda' ne iurās falsum p' creatu-
ras crederet se si peccare. seu ne iurātes p' creaturas
credere' se nō obligari ad iuramenti cōpletionem.
Alia questiō. Quis magis obliget. vtrū qui iurat p'
deum vel q' iurat p' creaturā. Et rñdet q' magis obli-
gatur qui iurat per deū. qz per deum oia facta sunt
et nō econuerso. Abi subdit qd sit iurare per deū dī-
cēs q' iurare per deū ē deū adhibere testē illius rei q'
iuratur. Similit' iurare per creaturā est creatorē et
testem suum obligare. Unde fm. b. Aug' qui p' la-
pidem iurat falsum piurus est. quia non p' lapidē iu-
rat sed p' eius creatorē. Itē est aliud iuramentū etc-
ratione vel per creationem: vt dicit. si feci illud hoc
veniat mihi aut filijs meis. et hoc est grauisimum.

Tertia q̄stio est. Utrū infideles peccent iurando per falsos deos. Et r̄ndet fm̄ be. Au. q̄ si infidelis iuratur falsum p̄ falsos deos peccat dupliciter. Primo q̄a iuravit per quos nō debuit iurare. Sec̄do q̄ iuravit p̄tra fidem quā debuit seruare. Quarta questio est. Utrū omne iuramentū sit implendū. Et r̄ndet q̄ iuramentū incautū. s. q̄d vergit in peiorē exitū non sit implendū s̄ mutandū. et qui ip̄m nō mutaret peccat dupliciter. Primo q̄ iniuste iuravit. Sec̄do q̄ facit q̄d nō d̄y. Ubi subdit q̄ iuramentū sit illicitū tripliciter aut q̄ iuratur q̄d in se est viciōsum. vt adulterium vel homicidiū. et tale iuramentū nō est seruandū. Sec̄do cū quis iurat q̄d nō est in se viciōsum. sed p̄ accidēs. vt si q̄s p̄ votū castitatis iurat aliquā accipere i vrozē. vel q̄ iurat aliqd̄ omittere q̄d in se ē bonū s̄z nō dare elemosinā alicui indigenti. Quinta q̄stio est. Utrū iurās incaute debeat dici piurus. Et respōdet q̄ sic. et hoc nō ideo q̄ nō seruat q̄d iuravit. q̄ teneatur illud mutare vt dictū est in p̄cedentib⁹. sed q̄ iuravit iniustū reus efficit. sicut ille q̄ p̄terat. Ubi subdit q̄ qualitercūq̄ iuratur iuramentū sp̄ refert ad intētionē recipientis et nō iurantis. Ubi qui fraudulēter iuramentū p̄stat dupl̄r peccat. Primo q̄ nomen dei inuanū assumit. Sec̄do q̄ primū dolose n̄nt̄ decepte. Sexta questio est. Utrū peccet ille q̄ cōpellit aliū iurare. Et r̄ndet q̄ si exigat iuramentū solū vt fides fiat de re sup̄ qua iuratur. nō est peccatū sed humana temptatio. Si autē recipiēs iuramentū sciēs aliū falsum iurare. tunc si cōpellit ip̄m iurare mortaliter peccat. Et subdit q̄ fm̄ ordinationē sinodi aurlanensis ad iuramentū d̄nt̄ hoīes ieiunū accedere nisi esset. p̄ pace firmanda. vel vniuersaliter in quibus moza prestat periculū. Et t̄m̄ in speciali.

De sexto et septimo p̄cepto secū de tabule.

Extū p̄ceptū

est. Nō desiderabis vrozem primi tui. Septimū est. Nō cōcupisces domuz primi tui non suū. nō ancillā r̄c. Sed videt̄ p̄ceptū de non cōcupiscendis reb⁹ primi vnū esse cū eo. quo d̄r̄ nō furaberis. et p̄ceptū d̄ nō cōcupiscenda vrozē vnū esse cū eo quo d̄r̄. Nū mechaberis. p̄ poterat eī p̄ceptū non furandi in illa generalitate intelligi. vbi de non cōcupiscenda re primi p̄cipit. et in eo q̄d dictū est nō mechaberis. poterat illud intelligi. Non cōcupisces vrozē primi tui Sed in illis duobus p̄ceptis nō mechādī et nō furandi ipsa opa notata sunt et phibita. In his v̄o extremis ipsa cōcupiscētia. multū ergo differunt illa ab istis. Und̄ illi p̄cepto non mechandi sit sup̄additio in euāgelio. vbi omnis cōcupiscētia mechādī phibetur. Sed cū hic phibeat̄ cōcupi scētia aliene vrozis et aliene rei. quare dicunt lex cōprimere manū et nō animū. euāgelii v̄o et manū et animū. Illud de lege dicit̄ fm̄ ceremonialia nō fm̄ moralia. U

Aug. super Exodum.

Quā lex cōprimere dicitur nō animū sed manū.

q̄ in lege nō est generalis phibitio omnis mortifere cōcupiscētie. vt in euāgelio vel fm̄ eoz carnalē intelligētiā.

Quid sit littera occidens.

Si vero queritur

quā dicat apl̄s litterā occidētē? Ea certe est decalogus qui nō dicit̄ littera occidēs eo q̄ mala sit lex. sed q̄ phibens pct̄m̄ auget cōcupiscētiā et addit p̄uaricationē nisi liberet gratia. Que gratia non sic abūdat in lege vt in euāgelio. Lex ergo bona est et t̄m̄ occidit sine gratia cū sit virtus peccati que iubet q̄d sine gr̄a impleri non p̄t̄. Gratia autē deorat. et ideo littera occidens erat. Distat autē euāgelij l̄ra a legis l̄ra? q̄ diuersa sunt p̄missa. ibi terrena. hic celestia p̄mittunt̄. Diuersa etiā sacramenta q̄ illa t̄m̄ significabant. hec p̄ferūt gratiaz p̄cepta etiā diuersa q̄tū ad ceremonialia. Nā q̄tū ad moralia sunt eadē. sed plenius in euāgelio cōtinentur. Audistis decem cordas psalterij vtriq̄ sexui impositas. que charitate tangende sunt vt viciorum feces occidantur.

Delegat euāgelij v̄o stantia.

Ista est distinctio. xl. et vltima huius tertij libri. In qua magister postq̄ egit de peccatis ad octauū p̄ceptū primentibus. p̄sequit̄ suū tractatū de p̄cepto. et agit de duobus p̄ceptis residuis. Et tria facit. Primo eīm̄ ponit sextū et septimū p̄ceptū sc̄de tabule. Sec̄do remouet quasdā dubitanōes de lege. Tertio asserit oriam legū. s̄z moysayce et euāgelice. Primū vsq̄ ibi. Si v̄o querit̄. Secundū vsq̄ ibi. Distat euāgelij littera. Tertius vsq̄ ad finē distat. In sp̄ali sentētia magistri stat in trib⁹ p̄positionibus quarū prima est hec. Sextū p̄ceptū sc̄de tabule. phibet appetitū mechandi. et septimū voluntatē furandi. Hāc magister ponēs dicit q̄ sextū p̄ceptum sc̄de tabule est. Nō cōcupisces vrozē. primi tui. Sed contra illud replicat dicens q̄ alicui possit uideri. q̄ istud sextū p̄ceptū de nō cōcupiscendo vrozē. primi sit idē cū tertio p̄cepto sc̄de tabule de mechando. et q̄ septimū sit idē cū quarto de nō faciendo factum. Et r̄ndet q̄ non sunt idem. sed in tertio et quarto. phibent̄ actus exteriores t̄m̄. In istis autē duob⁹ p̄ceptis. phibent̄ etiā act⁹ interiores. S̄z p̄tra istud ad huc replicat dī. Ex ista solutione habet̄ q̄ in lege veteri. phibent̄ tam act⁹ exteriori q̄ etiā interiori. quomodo ergo verus esse p̄t̄ quod cōmuniter dicitur q̄ lex cōprimat manū nō animū. Et r̄ndet q̄ lex vetus et manū et animū cōprimat̄ q̄tum ad p̄cepta moralia. Sed dicit̄ t̄m̄ cōprimere manū q̄tum ad ceremonialia. vel p̄t̄ dici q̄ in lege veteri nō sic exprimitur generalis. phibitio cuiuslibet cōcupiscētie sicut fit in euāgelio. id̄ dicit̄ lex manū cōprimēs. Euāgelium v̄o vtrūq̄. s. tam manū q̄ animū cōprimat̄. Sed cūda p̄positio est hec. Littera legis d̄r̄ occidens nō q̄ insufficienter phibuit. sed q̄ nō sicut euāgelij gratia p̄bit. Hanc magister ponēs querit de qua littera intelligit̄ illud apl̄i. Littera occidit spiritus v̄ificat. Et respondet q̄ intelligitur de l̄ra decalogi.

